


Google





MÉMOIRES

DE LA

SOCIÉTÉ HISTORIQUE ET LITTÉRAIRE

DE

TOURNAI.

MÉMOIRES

DE LA

SOCIÉTÉ HISTORIQUE ET LITTÉRAIRE

DE

TOURNAI.

TOME 12.



TOURNAI
MALO ET LEVASSEUR, imprimeurs de la Société.

1873.

L'ABBAYE

DE

SAINT-MÉDARD

OU DE

SAINT-NICOLAS-DES-PRÉS,

PRÈS TOURNAI,

PAR

J. VOS,

CURÉ DE BRUYELLES,

Bibliothécaire de la Société historique et littéraire de Tournai.

TOME II

CARTULAIRE.

TOURNAI

Imprimerie de MALO ET LEVASSEUR,

1873.

MÉMOIRES

DE LA

SOCIÉTÉ HISTORIQUE ET LITTÉRAIRE

DE TOURNAI.

CARTULAIRE

DE

l'Abbaye de Saint-Médard ou de Saint-Nicolas-des-Prés.

N° 1.

(AN 1126).

Charte de fondation de l'abbaye de Saint-Médard donnée par Simon, évêque de Tournay, à Oger, religieux de Mont-Saint-Éloi, près d'Arras. (1)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Simon Dei gratia Tornacensis ecclesie humilis minister omnibus sancte Tornacensis ecclesie

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De libertate Ecclesie. — Constitutio Ecclesie.* V. Cousin, l. III, p. 206. Miræus, *Opera Diplomatica*, tom. I, p. 377.

suffraganeis et pie religionis amatoribus. Nos qui pastorali cure Deo auctore presidemus de ecclesiarum statu et earum religione conservanda solliciti esse debemus. Siquidem boni pastoris est religiosis favere desideriis, et servorum Dei providere quieti. Sane sancti Medardi ecclesiam sitam in suburbio Tornacensi canonici sancte Marie ex antiquo jure de canonica possessione tenebant. Quam ex eorum devota petitione et religiosi affectus desiderio liberam facientes, eisdem à nobis exigentibus, in ea canonice vite Abbatem et regularis discipline personas ad serviendum Deo sub regula sancti Augustini constituimus. Te igitur, frater venerabilis Ogere, eidem ecclesie Abbatem preficientes locum ipsum liberum, et quecumque tuis sive successorum tuorum temporibus eidem loco justè atque canonice poterunt provenire divinâ auctoritate et episcopali sanctione firmamus. Tu, sive successores tui debitam episcopo Tornacensi atque archidiacono et ministris nostris obedientiam atque reverentiam quemadmodum ceteri Abbates per omnia exhibebitis. Curam et cemeterium habebitis tantummodò canonicorum vestrorum et conversorum, eorum videlicet, qui relicta proprietate in domibus vestris commorantes se et sua vobis reddiderint.

De omni agricultura vestra circa Tornacum, et de pecoribus mansionis vestre decimas dabitis canonicis sancte Marie, nihil aliquatenus vobis de ipsorum parochiali jure vendicantes absque illorum assensu, servata in omnibus institutione, que sacris canonibus est definita. Obeunte vero ejusdem loci abbate ceteri fratres liberam habeant eligendi alterius abbatis de suo, sive de alieno claustro, si necesse fuerit potestatem, de ea videlicet persona, in qua communis Capituli] vota, sive sanioris consilii fratres assenserint. Nemo vos hec instituta servantes a proposito vestro revocare, nemo quietem vestram turbare presumat. Qui bene-

fecerit vobis, sit ille benedictus; quicumque malefecerit et vestris eleemosynis detraxerit, sit ille maledictus, donec resipiscat. Hec igitur vobis Roberti archidiaconi nostri consilio, et eorum, quorum interest assensu confirmantes sub anathemate interdicimus, ne qua in posterum persona locum vestrum a proposito vite canonice, et regula sancti Augustini in alium ordinem aliquatenus mutare presumat; hoc ut firmum vobis deinceps et inconvulsum permaneat episcopali auctoritate atque sigilli nostri impressione signamus. Actum Tornaci in capitulo sancte Marie anno dominice Incarnationis millesimo vigesimo sexto, indictione quarta, regnante rege Lodovico, episcopante Domino Symone, Karolo Flandrensium marchiam tenente. Signum Domini Symonis episcopi. S. Henrici decani, S. Roberti archidiaconi, S. Stephani, S. Elberti, S. Mayneri presbiterorum, S. Henrici, S. Erbaldi, S. Radulphi Diaconorum, S. Gerrici. S. Guirici, S. Galteri, S. Movini, S. Adam, S. Siceri, S. Letberti, S. Petri, S. Balduini canonicorum, S. Goteri decani, S. Theoderici, prepositi, S. Tetberti, cantoris, S. Walteri magistri, S. Segardi, S. Alivni, S. Franconis, S. Arnulphi, S. Absalonis, S. Joannis, S. Gisleberti, Abbatum.

Ego Hugo, cancellarius scripsi.

Rouge livre, fol. 13 verso.

N° 2.

(AN 1126).

Acquisition de plusieurs parties de terres et de bois appartenant à l'abbaye d'Hasnon et situées à Bertaincrois, Flaquegnies et Gaurain. (1).

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Statuta presentium cum litterarum notantur apicibus posteritati fidem astruunt et memorie commendantur, que si confirmationis astipulatione corroborantur, inconvulsa manent et esse rata canonice judicantur. Quapropter Ego Lambertus ecclesie Asnoniensis abbas notum volo fieri, tam futuris quam presentibus, allodium in Bracbatensi pago de Betancrois et Flachenies et de Galren in terra, in aqua et in silva, ea libertate qua nostra tenuit ecclesia, ecclesie sancti Medardi Tornaci extra muros constructe bonum necessarium, nostre vero minus commodum, ad usus canonicorum sub regula beati Augustini ibidem degentium, communi consensu nostri capituli me contradidisse, accepta inde commutatione qua nobis melius consuluimus et quam confratrum nostrorum usibus commodius adoptavimus, ea tum ratione quod ministeriali nostro cui nos assignavimus singulis annis Tornaci in festo sancti Remigii duodecim denarii inde persolvantur. Ut igitur firmum maneat et inconvulsum quod fecimus presenti scripto et capituli nostri concessione et nostra contraditionem notari voluimus et sigilli nostri auctoritate confirmavimus.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Biertaincrois.*

S. Theobaldi Prioris, S. Lamberti, S. Wenemari, S. Gualteri, S. Walteri, S. Rameri, S. Gerardi, S. Ascrici. S. Gualteri, S. Warneri, presbiterorum, S. Gosuini, S. Theoderici, Basuini, Johannis, Lamberti, Theoderici dyaconorum. S. Odonis, Balduini, Lamberti, Gerardi de Warlers, Rameri, Johannis, Riculfi, Richardi, scolarium, Gislcberti, Johannis, Alulfi, Gualteri, Azonis.

Actum Tornaci in ecclesia beati Medardi anno dominice Incarnationis millesimo centesimo vigesimo sexto, regnante Rege Lodowico, Episcopante Domino Simone, Karolo Flandrensium marchiam gubernante, presentibus canonicis beate Marie Tornacensis ecclesie, Gotero decano, Theoderico preposito, Thetberto cantore, Leduino, Guilelmo, Andrea presbiteris. Radulfo, Nicholao, diaconis, Gualtero subdiacono, Movino, Adam, Letberto, Gualtero, Ascrico, et laicis, Goscelino Antoniensi et Gualtero fratre ejus, Gozuino Raminiensi, Simone Tornacensi, Gozuino, Radulpho, Movino, Hermanno, Bardone, Christiano, Dei amico.

Rouge livre, fol. 73, recto.

N° 3.

(VERS 1130).

Donation faite par Aluisius, abbé d'Anchin, d'une terre située à Maubray. (1).

Notum sit cunctis fidelibus tam presentibus quam futuris quod Dominus Otgerus abbas canonicorum regularium de ecclesia sancti Medardi, que extra muros civitatis Tornacensis ad orientem sita est terram quandam apud Malbray a me Aluiso abbate et ab ecclesia Aquitinensi requisierit. Nos vero consilio fratrum nostrorum eandem terram ei in perpetuum concessimus, ea conditione ut prefata ecclesia sancti Medardi Ecclesie Aquitinensi censum quinque solidorum, scilicet in festivitate sancti Remigii singulis annis persolvat. Quod ut ratum permaneat sigilli nostri appositione de subtersignatarum personarum testimonio confirmamus. Signum mei Aluisi abbatis Aquicintinensis, S. Domini Absalonis abbatis Sancti Amandi, S. Domini Ursionis abbatis Sancti-Dyonisii, S. Hugonis, prioris, Gornini, Walteri et aliorum.

Rouge livre, fol 65, recto.

---

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *De Aquicincto-Maubray.*

N° 4.

(VERS 1130).

Absalon, abbé de Saint-Amand, donne au monastère de Saint-Médard le manse de Speluz, dépendant de Braffe (1).

In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego frater Absalon Dei gratia humilis minister ecclesie beati Amandi notum volo fieri tam presentibus quam futuris fidelibus, quod quando primum Ecclesia Sancti Medardi, que contigua est muro urbis que dicitur Tornacus, cepit cura et industria quorundam religiosorum in melius augmentari, et aliqui pauperes christiani regularem canonice professionis vitam eligentes, sub regimine venerabilis Ogerii qui primus eidem loco prefuit, ceperunt in eadem ecclesia ad Deo serviendum congregari, presentiam nostram quidam honorabiles et devoti viri adierunt humiliter orantes ut fratribus in eadem ecclesia congregatis et in futurum per Dei gratiam congregandis aliquod solatium caritatis impenderemus, et de eo in quo habundabamus inopie illorum aliquod supplementum daremus. Nos vero dignam petitionem eorum suscipientes tum quia spectat ad nos maxime dare operam misericordie, tum quia orationibus fratrum nostrorum in prefata ecclesia commorantium apud Deum adjuvari speramus, quantum consilio et assensu fratrum

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *De curte de Boucegnies*. Selon Gueluy, fol. 37, il s'agit dans cet acte de la donation d'une maison située à Braffe.

nostrorum concessimus ipsi ecclesie Sancti Medardi et fratribus inibi Deo servientibus in perpetuam possessionem unum mansum terre in pago bracbantinse penes locum qui vocatur Speluz, ea tamen conditione ut singulis annis, in festivitate Sancti Remigii, solvant duodecim denarios nostro monacho elemosinario. Quod ut ratum permaneat testamento scripto et nomina religiosorum testium annotavimus et impressionem sigilli beati Amandi super hoc apposuimus. S. Gualteri monachi, S. Alvoldi monachi, S. Theoderici monachi. S. Goteri decani, S. Thiecberti cantoris, S. Gualberti canonici.

Rouge livre, fol. 41, recto.

N° 5.

(AN 1131.)

Le chapitre d'Antoing remet aux religieux de Saint-Médard, toute la dîme qu'ils devaient sur leur maison de Maubray. (1).

Sigerus decanus totumque Antoniensis ecclesie capitulum. Notum sit Christi fidelibus et post futuris sancte Marie Antoniensis ecclesie canonicis, quod nos in presentiarum ejusdem ecclesie canonici, damus et confirmamus clericis regularibus sancti Medardi de pratis omnem decimam rerum domus sue in parochia nostra de Malbray pro censu septem solidorum earum dumtaxat rerum que sue proprietatis sunt salvo de ceteris jure sacerdotis et nostro. Iste autem census reddetur singulis annis canonicis apud Antonium prima dominica quadragesime. Quod ut ratum et inviolabile permaneat sigilli sancte Marie impressione et subscriptarum personarum testimonio corroborare curavimus. S. Sigeri decani, Hugonis custodis et archidiaconi, Fulconis, Aschirici, Hellini, Gualteri, alterius Gualteri, Hugonis canonicorum nostrorum. Actum anno Domini millesimo centesimo trigesimo primo.

Rouge livre, fol. 47, recto.

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De decima curtis de Boucegnies.*

N° 6.

(VERS 1132).

Bernard de Roubaix donne, à titre gratuit, une terre située à Roubaix. Thierry d'Alsace, comte de Flandre, approuve cette donation (1).

In nomine summi et eterni Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Theodericus princeps Flandrie cunctis presentibus et post futuris in perpetuum. Cum cuncta sint obnoxia vanitati unum est remedium salutare de temporali materia mansiones in celis figere sempiternas. Quod advertens et prosequens Bernardus de Rosbais ea que de me temporali domino suo tenebat, quam plurima meo et suo, id est celesti Domino ex parte subdivisit mea licentia. Nulla est enim domini diminutio vel injuria si de nostra habundantia servorum Dei aliquatenus sublevetur inopia. Dedit ergo idem Bernardus clericis in suburbio Tornacensi monasterio Sancti Medardi regulariter viventibus pro Dei amore et anime sue salute terram apud Rosbais terram videlicet Sigeri de silva et Alulfi, singulis annis duos modios frumenti, eisdem clericis persolventem. Que donatio ut rata et sine calumpnia permaneat verbo concessi, scripto consignavi, proprio sigillo roboravi. S. Willelmi hiprensis, S. Lamberti comitis, S. Hughonis de Brueth, S. Johannis de Erthengenhem, S. Roberti, archidiaconi.

Rouge livre, fol. 118, verso.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De terra de Rosbais.*

N° 7.

(AN 1132.)

L'abbaye de Saint-Martin exempte le monastère de Saint-Médard de toute dîme pour la cense de Castrecin, à Esplechin, sauf sur le labourage. (1)

In nomine summe et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Ego Hermannus Dei gratia de Sancto Martino abbas immeritus, totusque ipsius capituli sacer conventus, cunctis post futuris ejusdem capituli prelatis et fratribus in perpetuum. Quia generatio preterit et generatio advenit eo in futuris contentiosa sedatur occasio quo presentium conventio ne per oblivionem de medio subtrahatur, litterali diligentia transfertur ad posteros. Itaque noverint universi absentes videlicet et posteri nos fratribus de sancto Medardo de curte sua in Castrecin et parochia nostra Espelchin omnem decimam rerum suarum, excepta agricultura censu duorum solidorum singulis annis possessione perpetua redimenda. Quod ut ratum permaneat et suspiciosa semper careat calumpnia communi consensu et unanimi voluntate scripto provulgare et sigillo sancti Martini consignare subscriptarumque personarum testimonio eisdem fratribus traditam libertatem curavimus. S. Domini Gerberti prioris. S. Domini Adulphi Subprioris. S. Domini Hugonis tertii prioris. S. Domini Radulphi prepositi. S. Domini Gerrici custodis. Anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo trigesimo secundo.

Rouge livre, fol. 94, verso.

---

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *De decima de Castrechin.*

N° 8.

(AN 1137).

L'évêque Simon autorise la donation d'une terre au-delà du Ries faite aux moines de Saint-Nicolas-des-Prés par l'avoué Waltère (1).

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Simon Dei gratia Tornacensium et Novionicnsium Episcopus presentibus et futuris ecclesie sancte fidelibus in perpetuum. Enitendum nobis est, fratres, nos qui Deo auctore ceteris preficimur, ut subditorum animos mutuo suffragio quantum possumus obligemus, quo dum bonisexhortationibus dives pauperi satagit subvenire de sua substantia, illud quod Salvator pollicetur beneficium referat a paupere eterna tabernacula. Que quidem filius meus Galterus advocatus dum pie desiderat sed ab his longe sepositum in regione dissimilitudinis se esse considerat, non omnino surdus auditor facit quod intelligit dans nonnulla de sua habundantia Christi pauperibus ut illa recipiat. Unde et fratribus in suburbio Tornacensi in Ecclesia sancti Nicholai Domino regulariter servientibus volens aliquid tribuere, terram suam non longe ab ecclesia sancti Nicholai positam, que et dicitur ultra Ries, sicut totam jure hereditario possidebat, eisdem fratribus disposuit offerendam. Sed quia de feodo suo erat quod de me humili ministro beate Marie et Domino suo

(1) Titre du document dans le Rouge livre : *De terra Aduocati.*

tenebat ut legitima foret donatio a me tam suis quam religiosorum precibus impetravit, ut sub oculis et testimonio hominum meorum ipsam terram totam sicut de feodo suo constituerat, cum Nicholao eo tempore primo herede suo in manu mea emancipatam omnino redderet et liberam, eo videlicet tenore ut predictis fratribus eam concederem sub aliquo censu annuatim persolvendo. Nos autem assensu et consilio capituli nostri piis ejus precibus libenter annuimus. Dedimus ergo eam Ogero predicte Ecclesie abbati sub censu quatuor denariorum per annos singulos solvendo ministro Episcopi sub testimonio ejusdem Gualteri et hominum nostrorum in quorum presentia ipsam terram primum nobis reddiderat, Roberti videlicet archidiaconi, Theoderici prepositi, Gualteri castellani, Gerulphi Eate, Simonis de Sancto-Piato et aliorum tam abbatum quam militum Absalonis abbatis Sancti-Amandi, Gualteri abbatis sancti Martini, Evrardi et Sicheri filiorum castellani, Gossuini de Orcha, Gualteri de Foro. Ut autem hujus actionis perciperet notitiam posteritas, et ne hanc aliquatenus obliterare posset oblivio sigilli nostri impressione cartam inde factam consignari precepimus et in facta sinodo coram subscriptis testibus fecimus recitari. S. Simonis Episcopi, S. Roberti archidiaconi, S. Gotteri decani, S. Theoderici prepositi, S. Hugonis cancellarii, S. Absalonis abbatis Sancti-Amandi, S. Gualteri abbatis sancti Martini, S. Hugonis Hasnoniensis abbatis, S. Gotsuini abbatis Aquicincti, S. Theoderici abbatis sancti Eligii, S. Hellini abbatis sancti Theoderici, S. Anselmi abbatis Chisonii, S. Gilleberti abbatis Sancti Nicholai.

Quicumque autem hanc donationem frangere tentaverit et super hac ecclesie molestiam intulerit perpetuo subjaceat anathemati donec ad emendationem venerit. Actum Tornaci et recitatum in facta synodo anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo trigesimo septimo, indictione

decima quinta, concurrente quarto, epacta vigesima sexta, regnante Lodowico rege, Episcopante Domino Simone, Theoderico Flandrensium marchiam tenente, gubernante, presentibus canonicis beate Marie, Gualtero cantore, Movino, Gualtero, Gerrico, Letberto.

Rouge livre, fol. 144 recto.

N° 9.

AN 1139.

Le Pape Innocent II confirme l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Près dans ses possessions. (1)

Innocentius (II), episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Ogero, abbati ecclesie Sancti Nicolaï et Sancti Medardi Tornacensis, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Quoniam in sede justitie residemus, fratres nostros debemus sincera caritate diligere et unicuique jura sua nostre autoritatis privilegio conservare. Hujus ergo considerationis intuitu, dilecte fili Ogere Abbas, tibi tuisque successoribus confirmamus, ut quecumque ecclesia Sancti Nicolaï et Sancti Medardi Tornacensis in presentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis rationabilibus modis poterit adipisci, firma vobis et inconvulsa permaneant. In quibus hec nominatim duximus exprimenda : Mansiones intra Tornacum censum persolventes; terras arabiles circa ipsam civitatem inter duos rivos, Ries videlicet et Mairi; terram circa vivum fontem; terras circa rivulum, qui Ries vocatur; terram et decimam apud Landast; allodium et terram censualem apud Castrecin : decimam bestiarum quam in eadem curte tenetis de ecclesia Sancti Martini pro censu duorum solidorum; terram juxta Malbray; decimam bestiarum in eadem terra, quam ab

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De confirmatione bonorum*. — V. Cousin, l. III, p. 224.

ecclesia Antoniensi pro censu septem solidorum tenetis; redditus duorum modiorum frumenti apud Rosbais. Ordinem etiam beati Augustini juxta consuetudinem Sancti Nicolaï de Arida Gamantia et liberam Abbatis vobis confirmamus electionem. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, aut injuste acceptas suis usibus vendicare, minuere vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra serventur eorum, pro quorum sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva nimirum in omnibus diocesani episcopi justitia et reverentia. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularisve persona hujus nostre constitutionis paginam sciens contra eam venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere et de perpetrata iniquitate cognoscat et à sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subjaceat ultioni, cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Datum Laterani, per manum Aimerici sancte romane ecclesie cancellarii, XVIII° Kalendas maii, Dominice incarnationis anno millesimo centesimo trigesimo nono, indictione ii^{a}, pontificatus domini Innocentii pape secundi, anno decimo.

Rouge livre, fol. 5, verso.

N° 10.

(AN 1145).

Donation d'une maière ou mairie chaque semaine faite par Simon, évêque de Tournay, à Gérard, abbé de Saint-Nicolas-des-Prés, et à ses religieux. (1)

Symon Dei gratia Tornacensis Episcopus Ecclesie sancti Nicholai de pratis Gerardo venerabili abbati cum universis fratribus ejusdem loci presentibus et futuris in perpetuum. Sedis et officii nostri consideratione compellimur ut virorum omnium desideriis et religiosorum petitionibus hilari condescendamus affectu, et que a nobis juste et canonice postulant efficaciter assequantur. Tibi igitur, frater Gerarde, venerabilis abbas sancti Nicholai, tuisque fratribus tam presentibus quam successuris ibidem Deo famulantibus Maeriam unam quam ad opus ecclesie tue singulis ebdomadis semel habendam a nobis postulasti, Everardo homine nostro Gossuini filio, qui eandem maeriam in manu nostra emancipatam ad hoc reddidit, concedente atque ad ipsum postulante, ob salutem anime nostre et predecessorum nostrorum benigne damus et concedimus atque sub perpetua deinceps libertate possidendam presentis pagine munimento firmamus. Ut hec igitur concessio rata et illabata permaneat tam sigilli nostri impressione quam testium sub assignatione corroboramus et ne ulterius ab aliquo violetur sub anathe-

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Maeria.*

mate prohibemus. S. Simonis Episcopi. S. Everardi archidiaconi. S. Hugonis cancellarii. S. Movini cantoris. S. Everardi Castellani. S. Symonis de Sancto Piato. S. Litberti de Sancto Petro. S. Gualteri grani argenti. Actum anno Domini millesimo centesimo quadragesimo quinto Dominice Incarnationis.

Rouge livre fol. 227 verso.

No 11.

(AN 1146).

Thierry d'Alsace, comte de Flandre, prend l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés sous sa protection et lui accorde divers priviléges.

In nomine et individue Trinitatis. Theodericus Dei gratia comes Flandrie tam futuris quam presentibus christiane religionis cultoribus in perpetuum. Quicumque principatum terrene obtinent dignitatis ex potestate sibi celitus concessa debent unicuique sua jura servare, et maxime ecclesiarum atque in eis Deo famulantium quietem et tranquillitatem providere. Non enim sine causa gladium portamus. Cujus considerationis intuitu ecclesiam sancti Nicolai canonicorum regularium sitam in suburbio Tornacensi, fidelium meorum devota petitione, sub nostra, successorumque nostrorum tutela protegendam, ad honorem Dei omnipotentis suscepi. Quatenus terras et allodia cum pratis et aquis, agris cultis et incultis, ceterisque beneficiis ad eandem sanctam Dei ecclesiam pertinentibus, nullo contradicente vel injuriam faciente ad usus fratrum suorum secum in predicta Ecclesia degentium, abbas libere et quiete possideat. Nemini sit facultas ecclesiam ipsam perturbare, aut quecumque ejus sunt vel fuerunt quibuslibet occasionibus auferre vel temerariis vexationibus fatigare. Quod ut nostris ac futuris temporibus firmum illibatumque servetur, Cartam istam sigilli mei corroboravi impressione, meisque fidelibus ascriptis eorum nominibus hujus constitutionis atque mandati mei testimonium jussi prohibere. De possessionibus itaque prefate ecclesie hec nominatim decrevi-

mus exprimenda. Terras arabiles circa Tornacum inter Circum et Eiram tres carrucatas, terram circa vivum fontem, terram et decimam apud Landast, allodium et terram censualem apud Castrecin, apud Robais terram duos modios frumenti persolventem, apud Waterlo redditus novem raseriarum frumenti, apud Torchoing sex raserias avene, apud Senghin in Mellentois allodium continens sex bonarios terre. Hec igitur et quecumque alia sepe dicta ecclesia possidet aut in futurum largitione fidelium seu aliis rationabilibus modis poterit adipisci integre serventur sub nostra tutela, eorum pro quorum sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Huic legitime libertati faciende hi legitimi testes interfuerunt. Balduinus filius Comitis qui hanc kartam precepto patris scriptam et signatam Gerardo prefate ecclesie abbati manu sua tradidit. Rogerus prepositus Brugensis et Cancellarius. Radulfus castellanus Brugensis. Raso de Gavera. Balduinus de Cominis. Gervasius de Winchenbruc. Vivianus castellanus Gandensis. Actum Brugis anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quadragesimo sexto. Huic carte si quis contradixerit Comiti decem libras auri persolvat et postea ejus calumpnia irrita maneat.

Rouge livre, fol. 26 recto.

N° 12

(AN 1147.)

Le pape Eugène III confirme l'abbaye dans ses possessions (1).

Eugenius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Gerardo, Abbati sancti Nicolai de Pratis, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, auctore Deo, est sine aliqua dilatione complendum. Quocirca, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus secundum regulam beati Augustini et constitutionem fratrum sancti Nicolai de Arida Gamantia perpetuis ibi temporibus inviolabiliter observetur. Preterea statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona prefata ecclesia inpresentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illabata permaneant. In quibus hec propriis nominibus

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De codem*, c'est-à-dire *de confirmatione bonorum*.

duximus exprimenda : Locum ipsum, in quo prenominata ecclesia sita est; et terras arabiles circa Tornacum; terram circa vivum fontem; apud Castrecin allodium et curtem, cum terris adjacentibus; et decimam pecorum vestrorum de ecclesia S. Martini pro censu duorum solidorum; juxta eamdem curtem pratum et septem bonaria terre que Alardus Despelcin contulit ecclesie vestre in elemosinam; item allodium, terram, quam Gerulphus de Wals contulit ecclesie vestre; item allodium, quod quedam vidua nomine Beatrix et filii sui et filie contulerunt ecclesie vestre apud Rosbais, redditus duorum modiorum frumenti; in pago Braibatensi Curtem cum terris adjacentibus; et decimam pecorum vestrorum de ecclesia Antoniensi pro censu septem solidorum; juxta eamdem curtem pratum, quod dedit ecclesie vestre Gualterus de Antonio; apud villam, que dicitur Wieres, allodium in silva et terra arabile; terram apud Landast; allodium apud Senghin; pratum apud Phelines; terram ad Huberti locum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum locum temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis Apostolice et diocesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et à Sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, et in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et

hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Datum Parisiis, per manum Hugonis presbiteri Cardinalis gerentis vices domini Guidonis, sancte romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii, XII° Kalendas junii, indictione Xª, Incarnationis Dominice anno millesimo centesimo quadragesimo septimo, pontificatus vero domini Eugenii pape tertii anno tertio.

Rouge livre fol. 7 recto.

N° 13.

(AN 1149).

L'Abbé de Saint-Amand confirme la vente d'une terre, située près de Castrecin, faite par Arnulphe de Péronnes au monastère de Saint-Nicolas-des-Près (1).

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego frater Gualterus humilis minister ecclesie sancti Amandi tam presentibus quam futuris fidelibus notum fieri volo quod Gualterus filius Frastredi, apud Castricinium in pago Tornacensi, terram de nostra Ecclesia in feodum tenebat pro qua fratribus nostris ultra Renum proficiscentibus singulis annis unum equum procurabat. Hanc terram abbas et fratres de ecclesia sancti Nicholai in pratis juxta Tornacum sita ad se transferre voluerunt et ut transferretur, Ernulpho de Perona ipsam terram de prefato Gualtero similiter in feodum tenenti, pecuniam convenientem dederunt. Insuper quantum census singulis annis persolverent cum ipso Ernulpho pactionem fecerunt. Verum quia ipsa terra de jure nostro pendebat et ideo prefata emptio sive pactio sine nostro assensu fieri non debebat, Abbas et fratres prenominate ecclesie Sancti Nicolai humiliter a nobis petierunt quatenus liceret sibi terram ipsam nostro assensu tenere et possidere. Nos vero attendentes dignam et devotam abbatis et fratrum regulariter viventium petitionem communi fratrum nostrorum

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Terra Arnulphi de Perona.*

assensu concessimus et rata ac stabili sanctione decrevimus, quatinus abbas et fratres de prefato monasterio Sancti Nicholai terram ipsam teneant ac firmo jure deinceps in perpetuum absque ulla calumpnia possideant, ea tamen conditione ut abbas et fratres prefati monasterii quinque solidos propter equum in natali Domini camerario, duos autem solidos propter candelam custodi ecclesie nostre singulis annis in festivitate depositionis Sancti Amandi persolvant. Ipso vero anno quo abbatem ejusdem monasterii decedere vel quoquo modo transmutari contigerit, tum censu pretaxato quatuordecim solidos ecclesie nostre exsolvant. Quum ergo funiculus triplex difficile rumpitur ad confirmandam hujus concessionis paginam chirographum scripsimus, testes annotavimus, sigillum Sancti Amandi apposuimus. S. Gualteri abbatis, S. Amulrici prioris, S. Gualteri de Corda, S. Godefridi, S. Waltheri, S. Hellini, S. Hugonis, S. Georgii, S. Johannis. Actum Elnone anno Domini millesimo centesimo quadragesimo nono, in presentia Domini Geraldi Episcopi Tornacensis. Ego frater Fulco scripsi et subscripsi.

Rouge livre, fol. 109, recto.

No 14.

(AN 1152.)

Autre charte concernant la terre de Castrecin donnée à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés par Arnulphe de Péronnes et l'avoué Walthère. (1)

Karissimis Dominis et amicissimis G (erardo) Dei gratia Tornacensium venerabili Episcopo, H (ugoni) abbati de sancto Amando, G (ualtero) eadem gratia Laudunensium Episcopo in Domino salutem. Discretioni vestre notum facimus et attestamur nepotes nostros Arnulfum de Perona et Guillelmum de Oremont contulisse ecclesie sancti Nicholai Tornacensis libere et in perpetuum possidendam terram illam quam apud Castrecin Guillelmus de Arnulfo, Arnulfus de Galtero Tornacensi advocato, advocatus vero de Sancto Amando in feodum tenebant et idem advocatus terram illam eidem Ecclesie in elemosinam perpetuo possidendam concessit et supra altare ejusdem Ecclesie manu propria per cespitem posuit. Hoc etiam concessit Ecclesia sancti Amandi per manus Absalonis ejusdem loci abbatis. Hoc autem ita factum est, ut ecclesia sancti Nicholai Arnulfo et successoribus ejus per singulos annos pro singulis bonariis duodecim denarios censuales redderet, ecclesie autem sancti Amandi servitium quod ei advocatus de predicta terra debebat persolveret. Obnixe igitur vos precamur ut

---

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *De terra Galteri aduocati apud Castrecin.*

Ecclesiam specialiter nobis caram et elemosinam legitime factam vice nostra manuteneatis, nec eam incursu cujuslibet adversarii, quod ex nobis est, fatigari permittatis cum in pace triginta jam quieverit annis.

Rouge livre fol. 95 recto,

No 15.

(AN 1152).

Charte de Gérard, évêque de Tournay, concernant la donation de la terre de Castrecin, faite à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés par Arnulphe de Péronnes et l'avoué Walthère. (1)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Gerardus Dei gratia Tornacensis Episcopus tam futuris quam presentibus in perpetuum. Fraterne caritatis affectus et pastoralis sollicitudo nos amonet quotidiano Ecclesiarum augmento dare operam et earum paci in posterum providere. Ecclesia beati Nicholai de prato curtim habet nomine Castrecin, sitam in alodio quod sibi Arnulfus de Perona et alii qui tenebant, partim venditione, partim elemosinarum largitione contulerunt. Arnulphus autem et alii venditores seu et participes quoque qui predicti alodii reliquas partes tunc tenebant in presentia nostra et personarum nostrarum testificati sunt idem alodium liberum esse, seque suosque antecessores liberum tenuisse. Ita ut nec consulatum, nec advocatiam, nec majoriam, nec census, neque tospri, neque tornatas, seu nihil omnino ulli deberet laice potestati sive persone. Manifeste quoque Arnulphus et alii venditores hoc comprobabant, ex eo scilicet quod ejusdem alodii partes que a suis comparticibus tunc temporis tenebantur, libere essent, neque consulatum neque aliquid supra nominatorum

---

(1) Titre du document dans le Rouge livre : *De curte de Castrecin*

omnium solventes sive debentes. Quia ergo alodium hoc liberum extitisse cognoscitur priusquam in predicte ecclesie jus potestatemque transiret, justum omnino ut libertas eadem etiam ecclesie illabata servetur. Nos autem veritati huic assertionem dantes, personarum qui interfuerunt testimonio et sigilli nostri impressione, predictam defendimus ecclesie libertatem, sub anathemate prohibentes ne quis futuris temporibus ab Ecclesia consulatum aut aliquid prenominatorum supra idem alodium exigat. S. Domini Gerardi Episcopi. S. Letberti prepositi. S. Movini cantoris. S. Everardi de Lencourt. S. Arnulphi de Perona. S. Rogeri de Ruma. S. Alardi de Nemore. S. Alardi de Espelchin. S. Gotsuini de Orta. S. Hugonis de Orcha et Nicholai filii ejus. Actum anno Verbi Incarnati millesimo centesimo quinquagesimo secundo.

Rouge livre fol. 93 verso.

N° 16.

(VERS 1154.)

Énumération des biens donnés à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés, par Movin, chantre et chanoine de l'église cathédrale de Tournay. (1)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Ego Robertus Dei gratia sancti Nicholai de pratis vocatus abbas. Quod bene agit devotio modernorum justum est ut ad memoriam transeat posterorum. Volumus proinde et presentes memoriter tenere et eos qui nobis successuri sunt non latere, quod Movinus clericus Tornacensis prius Sancte Marie postmodum Ecclesie nostre canonicus, ante portam nostram domum hospitalem edificaverit, eisque ad sustentationem pauperum Christi redditus istos contulerit. Molendinum unum in Scaldo situm et partem alterius, quatuor bonarios terre quadrante uno minus apud Horcam, duos bonarios ante Capellam, septem quadrantes ultra Cerk pro alia quadam terra ecclesie nostre cambita, quinque bonarios quadrante uno minus apud locum Huberti, duos hortos apud sanctum Medardum annuatim sex solidos exsolventes, in vico qui dicitur Sancti Martini sex hospites viginti septem solidos persolventes, dimidium Cambe unius et dimidium furni apud Sanctum Piatum, alodium apud Fraieres, quatuor bonarios prati inter prata Ecclesie jacentis.

Rouge livre, fol. 113, verso.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De hospitali nostro.*

N° 17.

(VERS 1154.)

Robert, abbé de Saint-Nicolas-des-Prés, règle l'administration de l'hôpital, fondé par Movin, chanoine de l'église cathédrale de Tournay.

Curam autem predicte domus coram reverendis abbatibus Domino Gualtero Sancti Martini et domino Anselmo Sancti Calixti et tota fere fratrum nostrorum congregatione nobis imposuit, ut sicut Deo auctore Ecclesie nostre presidemus, ita domui hospitali nos et successores nostri jure pastorali presimus, ipsaque domus, sicut ab Ecclesia nostra in regimine non discrepat, sic ei quasi membrum corpori semper inhereat, hoc omnimodis definito quod supra memorati redditus nec vendi, nec invadiari poterunt, nisi forte dispensatorie ad pauperum utilitatem. Nobis igitur et successoribus nostris incumbit prefatam domum regere fideliter, eique duos ex fratribus nostris preficere, qui res pauperum diligenter custodiant, et cum opus fuerit caritative distribuant, eorumque ministerio devote et humiliter insistant, ut si in domo pauperum fideles dispensatores inveniantur a Domino pauperum coronam glorie percipere mereantur. Hoc quando decretum est quod panem pauperum coquere debemus, eisque ligna ad ignem in nemore nostro accipienda concessimus, quamdiu nos in eodem ad usus nostros ligna accipiemus. Nemo autem sive presentium sive futurorum, pro domus hospitalis regimine, sive pro hujusmodi concessione adversum nos murmuret aut indignetur, quod quasi curam cure, laborem labori addiderimus et tam nos quam successores nostros

onere quo non oportebat oneraverimus. Quod fecimus, facere debuimus tum causa Dei, tum causa ipsius Movini qui tam fidelis Ecclesie nostre amator et adjutor extitit, quod dum adhuc in habita seculari viveret canonicus noster non immerito dici posset. Ipse quippe sive presens sive absens ubique erat nobis quasi unus ex nobis; ejus divitie inopie nostre supplementum, ejus sapientia ignorantie nostre instrumentum fuit. Ipse de pauperibus Christi summam semper sollicitudinem habuit et hanc sollicitudinem suam nos omnimodis hereditare concupivit. Hoc a nobis verbo, hoc exemplo, hoc multimodo extorquere curavit beneficio, quod beneficium si per partes exequi velimus centum fortasse librarum excedet numerum. Onus igitur quod tam benevolus, tam beneficus amicus nobis imposuit postulans, non solum patienter, sed etiam libenter portare debemus, eoque libentius quo illi sub hoc onere specialiter desudamus, qui in fine suis dicturus est : Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Quidquid igitur superius dispositum est in diebus nostris fideliter observare volumus, et ut posteri nostri impretermisse observent, quantum nostra refert precipimus. Notandum autem quod si forte ut sive per incendium, sive per annone defectum, sive per alium quemlibet oppressionis modum ecclesiam nostram gravari contigerit redditus domus hospitalis in usus nostros utpote nostros ex prenominati Movini santione redigere licebit ad tempus.

Rouge livre, fol. 114, verso.

N° 18.

(AN 1159)

Donation d'une terre, gisant à Fraières, faite par le chapître de Notre-Dame, à Tournay, au monastère de Saint-Nicolas-des-Prés, moyennant une rente annuelle de dix sols. (1)

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Amen. Gualterus decanus, Letbertus prepositus totumque Sancte Marie Tornacensis Ecclesie Capitulum, tam presentibus quam futuris in perpetuum. Proinde res scitu digna, cognitu quoque necessaria testimonio litterarum protegenda committitur, nequando lapsu temporis atterente memoriam nociva veritatis irrepat oblivio. Certum itaque volumus esse presentibus et futuris, quod terram nostram jacentem apud Fraieres, que donatione dominorum de Pedesch nobis contigit, propterea quoque terragium cujusdam terre quam habebamus apud Maruil Mortier, ecclesie beati Nicholai de pratis eo pacto in perpetuum habendum communi assensu capituli nostri concessimus, ut ex debito census inde singulis annis in festo Sancti Remigii decem solidos nobis persolvat. S. Gualteri decani. S. Letberti prepositi. S. Letberti cantoris. S. Thome, Lamberti, Gualteri, Henrici palee, alterius Henrici, subdiaconorum. S. Herbrandi, Gualteri, Guiberti de Jabetta, Danihelis, Everardi canonicorum.

Rouge livre fol. 127, recto.

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Terra Fraieres.*



presbiteri. S. Simonis capellani. S. Raineri diaconi. S. Herbrandi canonici. S. Gualteri de Mauritania. S. Guiberti canonici. S. Magistri Lamberti. S. Gualteri canonici. S. Thome de Salinis. S. Oliveri de Mauritania. S. Henrici minoris. S. Henrici palee. S. Gothsuini de Sancto-Piato. S. Thome anglici. S. Everardi junioris de Alklturt ad cujus prebendam decima de qua agitur pertinebat. Actum anno Incarnationis Dominice millesimo centesimo quinquagesimo nono.

Rouge livre, fol. 127, verso.

N° 20.

(AN 1159).

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés achète au monastère de Saint-Nicolas-du-Bois ou de Saltu, toutes les terres, bois, pâturages, rentes, que celui-ci possédait à Obigies, etc. sans nulle charge. (1).

In nomine Sancte et Individue Trinitatis in perpetuum Amen. Conventiones que inter Ecclesias et viros religiosos frequenter fiunt ne declivi temporis decursu memoria tollantur, litteris et atramento pargameno inscribuntur, ut quod utrorumque voluntate et discreta consideratione fit omnino inconvulsum et stabile in perpetuum permaneat. Ea propter ego Hugo Dei miseratione abbas Sancti Nicholai de Saltu (2) conventione facta cum Domino Roberto abbate ecclesie Sancti Nicholai de pratis que sita est subur-

---

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *De terra Sancti Nicholai de Bosco, de terra de Obisies.*

(2) Ceste abbaye S Nicolai de Bosco vel de Saltu est située en France sur l'Euesché de Lan de l'ordre des Premonstrés. Jay tousjours ouy dir cela de ce monaster, toutefois quant a ceste occasion jay leu le rool et denombrement des abbayes de France faict anchienement ou estoit comprins Tournay et Tournésie et tout lArthois, jay trouué dans lEuesché de Lan une abbaye nommée de S. Nicolas des prets.... Sy est-ce quen tout le catalogue des abbayes de France il n'y at point d'abbaye appellée de Sainct-Nicolas au boz, mais seulement deux dictes de Sainct Nicolas des prets, desquelles lvne est la nostre, lautre est celle de Lan, dont le vulgaire auroit depuis et à lintroduction du Walon aux Pays appellée le monaster Sancti Nicolai de Saltu, labbaye de S Nicolas

bio Tornacensi, terras in parochia de Obisies, (1) et quicquid habuimus apud Lunort et quecumque pater meus Hugo et mater mea Ida, Theodericus quoque de Bruella pro animabus suis predecessorumque suorum ecclesie nostre contulerant, terras videlicet cultas, incultas, prata, silvas, pascua, census cujuscumque rei, exitus, reditus, terragia, assensu capituli nostri vendidimus absque omni censu animali libere in perpetuum possidendas. Quod ut ratum permaneat sigilli nostri impressione roboramus et testium astipulatione confirmamus. S. Lamberti. S. Galteri. S. Adonis. S. Simonis, sacerdotum. S. Salomonis. S. Gerardi. S. Sigeri, levitarum. S. Godefridi. S. Bernardi. S. Sigeri, subdiacorum. S. Clarembaldi. S. Alberti. S. Fulconis, laicorum. Actum anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quinquagesimo nono (2).

Rouge livre, fol. 125, verso.

---

des prets, au lieu qu'on deburoit dire de S Nicolas du Bos. Parquoy les habitants dObysies tiennent par traditions que les Religieux de S Nicolas des prets ont demourez anchiennement devans les bois du vilaige. Jachoit qu'il s'abuseroient s'ils voudroient entendre par cela de nostre maison, car cela se doibt prendre des Religieux de Lan.... Les religieux de nostre Monaster n'ont jamays eu demeure absolute à Obysies, ni a Bouchenies aussy, ni aillieurs (sy ce n'est au ment de S Médard dans la ville) quelque priorée, ou oratoire perpetuel avec des Religieux decheans y demeurans. Partant les reliquas de bastiments encors a présent restants aux bois dObysies ne viennent point de nostre abbaye, mais de l'abbaye de S. Nicolas à Lan. Je crois que lobys anniuersaire que nous disons pour les Premonstrés vient de ceste conuention et achapt. Gueluy fol. 105.

(1) Je croye que ceste partie est la cense de la Puille; car l'autre cense que nous auons audict Obysies appellee Roisteleur vient de lAbbaye de Los au près de Lille. Gueluy. fol. 105.

(2) Dans le Rouge livre, on a biffé *octavo*, et l'on a écrit *nono*. D'après Gueluy cet acte doit porter la date de 1158 et non de 1159.

No 21.

(AN 1160).

Nicolas, évêque de Cambray, agrée la donation de deux parties des dîmes de Wasmes, faite par Nicolas de Blaton à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. (1)

In Nomine Domini. Nicolaus Dei gratia Cameracensis Episcopus Generationi huic et alteri in perpetuum. Que modernorum nostrorum cognitione et assensu patrata laudavimus filiis qui nascentur et exurgent cognoscenda mandamus. Sciant igitur tam presentes quam futuri quod Nicholaus de Blatum pro sua parentumque suorum memoria ecclesie Sancti Nicholai de pratis prope Tornacum ad usus fratrum Deo in ea regulariter servientium duas decime partes de Wamiis quas et feodum de Bernardo de Scaamen tenebat, concessione et redditione ipsius Bernardi, voluntate, etiam et concessione heredum ad quos posteritas ipsius Nicholai perventura erat libere in perpetuum tenendas tradidit et in elemosinam assignavit. Nos vero super his omnibus a Domino Gerardo Tornacensi Episcopo, Waltero decano, Allardo de Antoin cum aliis quam pluribus qui huic affuerunt donationi veritate comperta et quia de dyocesi nostra et donum et doni auctor erant, et quia nobis juxta apostolum omnium ecclesiarum sollicitudo incumbit,

(1) Dans le Rouge livre ce document a pour titre : *De decimis de Wames.*

predicte ecclesie in posterum providentes ad refrenandas quorumlibet cupiditates decimam illam prefate ecclesie legitime sub prefatorum nostrorum testimonio contraditam auctoritate nostra eidem assignamus. Data igitur conservatoribus benedictione, prevaricatoribusque, quoad resipuerint, sathane expositis, presentem paginam sigilli nostri appensione, et sub signatorum attestatione corroboramus. S. Theoderici prepositi et archidiaconi. S. Johannis. S. Alardi. S. Everardi. S. Radulphi, archidiaconorum. S. Hugonis decani. S. Walteri, Johannis, Erleboldi, Guarini, sacerdotum. S. Walteri cantoris. S. Bartholomei, Gualteri, Willelmi, Olrici, levitarum. S. Pipini, Roberti, Anselmi, Walteri, sublevitarum. Actum anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo sexagesimo, Presulatus vero domini Nicholai vigesimo quarto. Ego Eustacius cancellarius scripsi et subscripsi.

Rouge livre, fol. 42, recto.

N° 22.

(AN 1160.)

Evrard, châtelain de Mortagne, agrée la donation de Nicolas de Blaton, en faveur de l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. (1)

In nomine Domini. Ego Everardus Dei permissione castellanus de Mauritania presentibus et futuris. Nicholaus de Blaton duas decime partes de Wamiis ecclesie Sancti Nicolai de pratis in elemosinam dedit. Que decima quia ad diversos dominos spectans, etiam a me in pheodo tenebatur, Ego tandem rogatu Domini Roberti Abbatis, prefati Nicholai dono assensum prebui, et ut ipsa decima ex tunc et deinceps ab omni meo jure et exactione libera esset, sub virorum ascriptorum testimonio concessi. S. Everardi Radul. S. Nicholai de Avennes. S. Alardi Despelcin et Sicheri et Nicholai heredum ipsius Nicholai. S. Rogeri castellani de Cortraco et Galteri filii ejus. S. Guillelmi de Ruma. S. Stephani de Landast. S. Theoderici de Ligies. S. Ferani. S. Pagani.

Rouge livre fol. 50 recto.

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *Evrardi castellani de decima de Wamies.*

No 23.

(AN 1160).

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés achète à celle de Saint-Ghislain, des terres, des bois, etc. situés à Gaurain et à Ramecroix. (1)

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Ego Egericus Dei miseratione ecclesie sancti Gisleni humilis minister tam presentibus quam futuris in perpetuum. Notum fieri volumus quod alodium de Gaurain et Ramecrois quod Manasses miles, postea vero noster monachus, nobis dedit, terras videlicet cultas et incultas, prata, silvas, pascua, aquas, census, cujusque rei exitus, redditus, terragia, Ecclesia sancti Nicholai de Tornaco, que sita est in suburbio, communi capituli nostri assensu a nobis emit, ea videlicet ratione quod prefati alodii pretium in terram emendam que nobis propinquior et utilior videtur, communi consilio poneremus. Et ut hoc ratum et inconvulsum permaneat, predictam emptionem scripto tradidimus, sigillum nostrum apposuimus. Insuper et ydoneos testes annotare curavimus. S. Egerici abbatis sancti Gisleni. S. Roberti abbatis de pratis. S. Hugonis abbatis de Sancto Amando. S. Ivonis abbatis Sancti Martini. S. Engleberti, Huberti, Roberti, Oberti, Sicherii, Gossuini, Mathei, Isaac, sacerdotum. S. Leduini, Bartholomei, Walteri, diaconorum. S. Johannis, Galteri,

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Alodio de Gauraing.*

Nicholai, Ramieri, Simonis, subdiaconorum. S. Isaac prepositi. S. Gualtheri, Fulconis, Johannis, conversorum. S. Nicholai de Avesnes et Jacobi filii ejus. S. Alardi de Anthonio et Gosselini filii ejus. S. Nicholai de Peruwes. S. Nicholai de Tumaides. S. Radulphi de Tornaco. S. Guerardi de Vinea. S. Ferani. Actum anno Incarnationis Verbi millesimo centesimo sexagesimo.

Rouge livre, fol. 83, recto.

N° 24.

(VERS 1160).

Charte concernant une rente viagère de cinquante-deux sols dont jouissaient Gossuin d'Audenarde, chanoine de Saint-Nicolas-des-Prés, et ses deux sœurs Julienne et Helinde. Cette rente devait ensuite passer à Jean Caperon qui vendit son droit à Egine Candelarie. (1)

Notum sit scabinis quod cum frater Gossuinus de Aldenarde canonicus sancti Nicholai de pratis, et sorores ejus Juliana et Helindis haberent quoad viverent ex donatione Patris et Matris sue redditum quinquaginta duorum solidorum alborum et flamingorum supra fossatum Sancti Jacobi, qui videlicet redditus post decessum eorumdem, jure successario, ad Johannem Caperon devenire debebat. Idem Johannes vendidit et in presentia scabinorum werpivit Domine Egine Candelarie quicquid juris habebat vel in posterum habiturus erat ipse vel heres ejus in redditu memorato. Actum coram Scabinis Willelmo le Salvage, Wuillelmo le Capuiseux, Waltero Sotie. Recognitum coram scabinis Gossuino Bucau, Johanne Segebuede, Lerberto de Helda, Eustacio de sancto Piato.

Rouge livre, fol. 232, recto.

---

(1) Gossuin d'Audenarde était chanoine de Saint-Nicolas-des-Prés en 1160. Gueluy, dans sa liste des chanoines.

N° 25.

(AN 1164).

Le chapître d'Antoing vend à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés, une terre et un bois situés à Gaurain. (1)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Hesscelmus decanus, Gualterus custos, totumque Sancte Marie Anthoniensis Ecclesie capitulum omnibus ex hoc nunc et usque in seculum. Quia mundi prevalente malitia de die in diem justitia deprimitur, vigilanti solertia provisum est, ut pacta presentium canonice terminata posteris nuncientur quatinus ad pacem et consensum patrum testificatione filii provocentur. Ea propter notum fieri volumus tam posteris quam presentibus, quia nos consentaneo nostri capituli consilio vendidimus Ecclesie sancti Nicholai de pratis quoddam nemusculum in potestate de Galrain situm cum quadam terra ad ipsum nemusculum pertinente, et partim intra, partim circa ipsum per diversa loca jacente. Hanc itaque possessiunculam in jus suum legitime translatam predicta ecclesia perpetua libertate possideat. Ita tamen ut nobis pro ea sex nummos singulis annis censuali lege persolvat. Hujus actionis veritatem presens cartula sigilli nostri impressione testiumque annotatione munita tueatur, ne qua in posterum contra eam vel ignorantie nubilo, vel malitie studio querela

---

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *De Nemusculo Clericorum Anthoniensium.*

suscitetur. S. Hesselmi decani. S. Gualteri custodis. S. Walteri, Conteri, Hugonis, Simonis, Segardi, Gualteri, Rameri, Balduini, Absalon, Gillebcrti, Paruini, canonicorum. S. Evrardi archidiaconi. Actum anno millesimo centesimo sexagesimo quarto Incarnationis Dominice.

Rouge livre, fol. 84, recto.

N° 26.

(AN 1165.)

Le Pape Alexandre III confirme l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés dans ses possessions. (1).

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Roberto, abbati sancti Nicolai Tornacensis, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regulariter constituendis in perpetuum. Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, auctore Deo, est sine aliqua dilatione complendum. Quocirca, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et prefatam ecclesiam Sancti Nicholai Tornacensis, in qua divino estis obsequio mancipati, ad exemplar patris et predecessoris nostri sancte recordationis Eugenii pape, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam et institutionem fratrum Sancti Nicolai de Arroasia in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia inpresentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate Regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *De confirmatione bonorum.*

vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : Locum ipsum, in quo prenominata ecclesia Sancti Nicolai sita est, cum omnibus pertinentiis suis; terras arabiles circa Tornacum; terras et mansuras juxta vivum fontem, quas Walterus advocatus cum assensu Simonis, quondam Tornacensis episcopi, ad quem predicte terre de jure spectabant, eidem ecclesie donavit; allodium et terras censuales apud Castrecin ex dono Alardi Desplechin; terras circa curtem Castrecin cum assensu Armerani prepositi, et ecclesie Sancti Amandi, a qua idem Alardus predictas terras tenebat; ex dono Beatricis de Ruma et filiorum ejus allodium circa jam dictam curtem; apud Rosbais redditum duorum modiorum frumenti et dimidium modium avene; allodium de Segin; terram et decimam apud Landast; terras apud Huberti locum; decimam de Wamiis; curtem de Buccenniis cum terris ad eam pertinentibus; allodium Sancti Gisleni apud Wierihes, cum terra, silva et redditu; nemus quod ab Alardo milite Antoniense, cum consensu filiorum suorum et canonicis ejusdem loci emistis; decimam pecorum de Bucceniis, quam tenetis ab ecclesia Antoniense pro censu septem solidorum; allodium apud Fraieres, quod tenetis ab ecclesia Sancte Marie Tornacensis; allodium quod emistis ab ecclesia S. Nicolai de Bosco; allodia apud eumdem locum, que à militibus circa predictum locum manentibus emistis; novem bonaria pratorum apud Felines; curtem et allodia, terras, silvas et quinque bonaria prati juxta predictas villas Felines et Fraieres, ad hospitale ecclesie vestre pertinentia; decimam pecorum predictorum locorum quam tenetis ab ecclesia Sancte Marie Tornacensis pro censu sex solidorum; apud Fontenoich medietatem octo hospitum et quindecim bonariorum terre ad predictum hospitale pertinentium. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat

prefatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a Sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Datum Parisiis, per manum Hermanni, Sancte romane ecclesie subdiaconi et notarii, XVIII[e] kalendas maii, indictione XIII[a], Incarnationis Dominice anno millesimo centesimo sexagesimo quinto, pontificatus vero domini Alexandri pape III[e] anno sexto.

Rouge livre, fol. 3, verso.

N° 27.

(AN 1165.)

Thierry d'Alsace, comte de Flandre, prend l'abbaye de Saint-Niçolas-des-Prés, sous sa protection et la confirme dans la possession de ses biens.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Theodericus Dei gratia comes Flandrie, tam presentibus quam futuris christiane religionis cultoribus in perpetuum. Quicumque principatum terrene obtinent dignitatis, ex potestate celitus sibi concessa, debent unicuique sua jura conservare et maxime ecclesiarum atque in eis Deo famulantium quietem et tranquillitatem providere. Non enim sine causa gladium portamus. Cujus considerationis intuitu ecclesiam Sancti Nicolai canonicorum regularium, sitam in suburbio Tornacensi, fidelium meorum devota petitione sub nostra successorumque nostrorum tutela protegendam, ad honorem Dei omnipotentis suscepi. Quatenus terras et allodia cum pratis et aquis, agricultis ceterisque beneficiis ad eandem sanctam Dei ecclesiam pertinentibus, nullo contradicente, vel injuriam faciente ad usus fratrum suorum secum in predicta ecclesia degentium abbas libere et quiete possideat. Nemini sit facultas ecclesiam ipsam perturbare, aut quecumque ejus sunt vel fuerunt quibuslibet occasionibus auferre vel temerariis vexationibus fatigare. Quod ut nostris ac futuris temporibus firmum illibatumque servetur, Cartam istam sigilli mei corroboravi impressione, meisque fidelibus ascriptis eorum nominibus, hujus constitutionis atque mandati mei testimonium jussi prohibere. De possessionibus itaque prefate ecclesie hec nominatim

decrevimus exprimenda. Terras arabiles circa Tornacum, inter Circum et Eiram tres carucatas; terram quam dedit Walterus advocatus. Terram et decimam apud Landast. Allodium et terram censualem apud Castrecin; terram quam dedit Allardus Desplechin. Apud Robais terram duos modios frumenti persolventem. Apud Waterlos redditus novem raseriarum frumenti. Apud Toreoing sex raserias avene. Apud Sengin in Melantois allodium continens sex bonarios terre. Hec igitur et quecumque alia sepe dicta ecclesia possidet aut in futurum largitione fidelium seu aliis rationabilibus modis poterit adipisci integre serventur sub nostra tutela, eorum pro quorum sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Huic legitime libertati faciende hi legitimi testes interfuerunt. Desiderius prepositus de Insulis. Robertus prepositus Ariensis. Haketus decanus de Brugis. Robertus prepositus Harlebeccensis. Ermannus abbas de Ondemburck. Lambertus abbas de Echout. Eustachius camerarius. Rogerus de Landast. Cono castellanus de Brugis. Jordanus de Beverna. Walterus de Locra. Sigerus de Somerinchem. Joannes filius Gervasii. Oliverus clericus de Insulis.

Actum Brugis anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo sexagesimo quinto.

Rouge livre, fol. 24, verso.

N° 28.

(AN 1165.)

Guillaume de Saint-Martin lègue à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés huit maisons qu'il possède au faubourg de Saint-Martin, sur lesquelles était payée une rente de 40 sols. (1)

Cum fidelibus suis omnipotens Dominus non solum temporalia sed et spiritualia in presenti etiam tribuat, majora vero et eterna in futuro promittat, justum est ut eorundem devotio fidelium ad ipsius laudem temporalia saltem quandoque rependat. Ego igitur Guillelmus de Sancto Martino ad optimum mihique utilissimum fore credidi si possessionis meе que mihi a progenitoribus meis jure hereditario derelicta est ipsum dominum heredem facerem, eamque pauperibus Christi pauperibus veris erogarem quos nequaquam necessitatis dure miserabilis conditio sed amor sinceritatis et virtutum emulatio voluntarie addidit paupertati. Canonicis itaque sancti Nicholaí, quos hac laudabili de qua loquor paupertate commendabiles credidi, partem patrimonii mei, octo videlicet mansiones in vico qui dicitur Sancti Martini a parte urbis quadraginta solidos annis singulis exsolventes post meum ab hac vita decessum jure perpetuo possidendas dedi. Ipsi vero beneficio meo ingrati esse noluerunt, sed pro modico meo hanc mihi magnam

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De redditu Magistri Willelmi.*

misericordiam rependerunt. Enimvero concesserunt mihi cum me obisse audierint ab unoquoque sacerdote missam unam et per totum annum illum cotidie missam unam. Anno vero finito non quidem cotidie ut prius missa pro me specialiter celebrabitur sed collecta una ad quotidianam missam pro defunctis tam pro me quam pro ceteris Ecclesie benefactoribus in perpetuum dicetur. Preterea obitus meus in Kalendario notabitur. Et annis singulis in capitulo, instante videlicet anniversario depositionis mee die, recitabitur. Quo nimirum die missa item pro me specialiter ab unoquoque quos Deus ad hoc inspiraverit celebrabitur. Sed quia quod recte offerimus etiam recte dividere percipimus, qualiter predicti quadraginta solidi ad Dei honorem et fratrum utilitatem expendi debeant ipse disposui, abbate et conventu presentibus et mee per omnia dispositioni astipulantibus. Triginta itaque solidis oleum ematur quod in ecclesia predicti confessoris Nicholai ante altare beate Virginis Marie et ipsius sancti confessoris Nicholai noctibus singulis ardeat; reliqui decem annis singulis in anniversario depositionis mee die absque diminutione ad fratrum impendantur refectionem. Quod si quis forte fratrum meorum vel soror, amore, ut assolet, paterne possessionis ductus, predictam hereditatem sibi vendicare voluerit, quindecim eam marcis ei redimere licebit. Quod sane argentum non in usus quoslibet erogabitur, sed redditum inde aliud comparabitur. Verum ea que superius definita sunt sufficienter expleri possunt. Denique quid dederim, quid de dato instituerim ad venerabilem patrem et Episcopum nostrum Geraldum (1) perlatum est. Laudavit donationem approbavit et institu-

(1) L'évêque Gérard mourut en 1166.

tionem et ne quis vel in presenti vel in futuro, aut illam contradicere aut istam immutare presumat, sub anathemate interdixit et ad predictorum omnium confirmationem presentem paginam sigilli sui impressione insigniri jussit.

Rouge livre, fol. 228, verso.

N° 29.

(AN 1167.)

L'Abbé Robert et ses religieux accordent au prêtre Godesso, leur bienfaiteur, sa vie durant, une somme de 2 sols 8 deniers par semaine sur les biens qu'il a légués à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. (1)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Robertus Ecclesie sancti Nicholai de pratis Dei dignatione abbas dictus, totumque capitulum nostrum, universis ejusdem ecclesie post nos gubernationem aut fraternitatem suscepturis. Notum vobis facimus quod quidam sacerdos amicus et benefactor noster Godesso nomine inter cetera que nobis contulit beneficia etiam celebrare anniversario decessus sui die nobis providit refectionem, et quia ejusdem procurationis curam in manu nostra posuit, nos beneficiis ejus et in hac parte respondentes assignamus in hoc ipsum triginta quinque solidos, qui de domo nostra in montello, que domus Livini dicitur, annuatim accipientur, et in refectionem nostram absque diminutione anniversario ipsius die perpetuo expendentur. Sciri quoque voluimus quod nos ejusdem fratris nostri infirmam senectutem misericorditer et humane tractantes ei quoad vixerit de redditu supradicte domus ebdomadibus singulis solidos duos et octo denarios concedi-

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De redditibus Ecclesie Sancti Nicholai in pratis.*

mus. (1) Nos de reliquo duodecim denarios per ebdomadam recipimus, et si quid supercreverit, exinde dimidium retinemus, dimidium illi damus. Illud etiam presenti pagine inserendum censemus quod frater prenominatus in vita sua quasdam elemosinas preordinavit, quas post decessum suum de suo fieri, si tantum residui habuerit, si minus, de rebus ecclesie nostre cui absolute sua contradidit a nobis impetravit, partim Dei ministris, partim quibusdam consanguineis suis. Quatenus et illis pro ipso devotius orandi augeatur affectio et istis inquietandi ecclesiam nostram tollatur occasio. Assignavit itaque canonicis beate Marie Tornacensis ecclesie marcam unam. Presbiteris in eadem ecclesia et per cunctas civitatis ipsius parochias ministrantibus singulis solidos quinque. Bernardo incluso de Wals solidos quinque. Incluso de sancto Aldeberto solidos duos. Incluse de sancto Jacobo solidos duos. Incluse de Cerch solidos duos. Ad bachinum infirmorum solidos quinque. Majori de Holeng dimidiam marcam. Theoderico de Holen dimidiam marcam. Quibusdam consanguineis suis numero viginti quibus ipse patruus vel avunculus est singulis solidos quinque. Sane Sichero presbitero et Guillelmo fratri ejus quod ei visum fuerit in vita, sua seorsum dare curabit. Ne

---

(1) En même temps que l'abbé Robert et ses religieux accordent à Godesso, chaque semaine, sa vie durant, une somme de 2 sols et 8 deniers, ils reconnaissent solennellement les biens qui leur ont été légués. Ils voulurent faire cette déclaration authentique « d'autant que tout ce qu'il (Godesso) a faict et ordonné de ses biens y la faict verbalement et rien par escript; c'est pourquoy nostre abbe Robert fit escripre la susdicte lettre de son vivant, laquelle contenoit sa dernière volonté et la fit ainsy agréer par lEuesque de Tournay et autres tesmoings afin deuiter touts mescontentements de ses parents apres sa mort. » Gueluy, fol. 111.

quis autem hujus nostre constitutionis tenorem rescindere audeat, acta est et confirmata sciente et assentiente venerando patre et pastore nostro G (altero). Tornacensi Episcopo, sciente, inquam, et assentiente, et omnem qui eam solvere temptaverit anathematis vinculo donec resipuerit innodante. Hoc presens representat paginam sigilli ejus et nostri auctoritate testiumque multiplici robore communitam. S. Domini Galteri Tornacensis Episcopi. S. Tetberti prepositi. S. Letberti cancellarii. S. Simonis capellani. S. Thome de Salines. S. Oliveri. S. Theoderici de Orca. S. Galteri de Jabctta. S. Gossuini. Item Gossuini. S. Everardi de Alescort. S. Roberti abbatis. S. Johannis. Itemque Johannis, Eustacii, Simonis, Richeri, Hugonis, presbiterorum. S. Arnulfi, Galteri, Segardi, Gerardi, diaconorum. S. Manasse, Guillelmi, Johannis, subdiaconorum. Actum anno Domini millesimo centesimo sexagesimo septimo, Episcopatus autem Domini G (alteri) Tornacensis Episcopi primo.

Rouge livre, fol. 153, recto.

N° 30.

(AN 1167.)

Walthère, gardien de l'église d'Antoing, donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés, moyennant un revenu annuel en nature d'un muid de froment, ce qu'il possédait à Bouchegnies, sauf le revenu des courtils et des prairiès. (1)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. G (ualterus) Antoniensis ecclesie custos omnibus tam posteris quam presentibus. Opere pretium est ut actiones ecclesiastice digne memoria posteris nuncientur, quatenus ad pacem et consensum patrum testificatione filii provocentur. Noverit ergo universitas vestra quia ego profectui custodie Antoniensis intendens cuncta que ex jure prefate custodie circa curtem de Bocenies possidebam, cuncta, inquam, tam ad ipsam curtem quam ad circummanentes pertinentia, excepto redditu curtilium censuque pratorum, concessi ecclesie sancti Nicholai de pratis jure perpetuo possidenda, et a me contra omnem calumpniam, prout justitia dictaverit, protegenda, pro uno redditualis frumenti modio mihi meisque successoribus per annos singulos a predicta ecclesia in festivitate omnium sanctorum persolvendo. Et quia, ut notum est, Antoniensis custodia Lobiensis ecclesie arbitrio dispensatur et datur, nos conventionem istam, ne qua ex parte mutaret, eidem ecclesic per manum

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De censu custodie Antoniensi et de modio frumenti.*

bone memorie J (ohannis) abbatis sui presentavimus. Quam ille diligenter examinans approbavit eamque testibus idoneis muniens sigillo suo consignavit. S. Domini Johannis abbatis. S. Evrardi prioris. S. Johannis secundi prioris. S. Johannis cellerarii. S. Guarini Sacriste. S. Sigeri prepositi. S. Gotsecini custodis. S. Gotselmi. Actum anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo sexagesimo septimo.

Rouge livre, fol. 46, recto.

N° 31.

(AN 1169).

Jean, abbé de Saint-Amand, vend aux religieux de S. Nicolas-des-Prés, des revenus sur les paroisses de Ramecroix et Gaurain; il cède six bonniers et deux courtils à Bouchegnies, moyennant une rente annuelle de trois rasières d'avoine et autant de blé. (1)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Johannes Dei miseratione abbas ecclesie Sancti Amandi presenti scripto notum omnibus facio tam futuris quam presentibus, quod communi assensu fratrum vendidimus ecclesie Sancti Nicholai Tornacensis, reditum nostri juris adjacentem duabus parochiis Ramocrucis et Goremio, cum ea libertate et integritate qua eum tenueramus, et de pretio terram nobis apud Morelias emimus. Item apud Buccinias terram circiter sex bonariorum et duo curtilia eis concessimus pro commutatione census, in festivitate omnium sanctorum, annuatim nobis solvendi trium scilicet rasceriarum avene et totidem tritici. Ne autem de hac venditione vel commutatione hinc vel inde quelibet impingatur calumpnia scripto, sigillo et testibus est utraque confirmata. S. Gerardi prioris. S. Guillelmi prepositi. S. Hugonis elemosinarii. S. Domini Roberti abbatis Sancti Nicholai. S. Johannis prioris. S. Johannis. Actum anno Domini millesimo centesimo sexagesimo nono.

Rouge livre, fol. 76, verso.

---

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *De Ramecrois et de Gauraing.*

N° 32.

(AN 1169).

L'abbé d'Eenham, un des arbitres choisis pour vider le différend entre le monastère de Saint-Nicolas et celui de Saint-Saulve, à Valenciennes, au sujet des terres de Rosteleu, à Obigies, etc., fait connaître que les religieux de Saint-Nicolas conserveront la terre à la charge de payer une rente annuelle au monastère de Saint-Saulve (1).

Pro suo Domino, Dei gratia, Cameracensi Episcopo et omni ejusdem Ecclesie capitulo, frater G..,
Heiamensium minister inutilis partem in resurrectione prima et liberationem a morte secunda que audivimus et vidimus gratia pacis intimare vobis habemus. Anno igitur preterito inter Ecclesiam sancti Nicholai secus Tornacum et Ecclesiam sancti Salvii super quadam terra controversia fervebat, qua in facie presentis ecclesie sepius ventilata, nunc sedata, tandem placuit utrisque adhibito etiam hujus capituli consensu et electarum personarum inquisite veritati seu compositioni acquiescere. Eliguntur quatuor : Dominus scilicet Gerardus Cambronensis tunc abbas, Dominus Radulfus prepositus Sancti Martini Tornacensis, Dominus Tethbertus prepositus sancte Marie, qui tamen defuit compositioni, et ego qualiscumque; condicitur dies, venitur ad opus,

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *De redditu Sancti Salvii*.

scrutatur antiquitas, investigatur veritas, secernuntur senes, singuli audiuntur, quo attentius peracto, diversorum sensa, diversa conferentes et diligenter inspicientes in hunc tandem modum ex utrorumque assensu ea que ad pacem constituimus, ut Ecclesia Sancti Nicholai terram retinens ecclesie Sancti Salvii annuatim solveret census duodecim denariorum sive octodecim, nescio Deus scit, et ne hec pacis constructio decursu temporis memoria excideret, inde cyrographi munimentum utraque ecclesia teneret. Hec se sic habuisse putamus inquantum meminisse valemus. Valete.

Rouge livre, fol. 80, recto.

N° 33.

(AN 1169)

L'abbaye de Saint-Saulve abandonne tout droit sur les terres de Rosteleu, etc. en faveur des religieux de Saint-Nicolas-des-Prés, moyennant une rente annuelle de douze deniers. (1).

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Haymo Dei dignatione prior Ecclesie Sancti Salvii de Valencenis omnibus tam futuris quam presentibus. Noverit universitas vestra querelam, que inter nos et Ecclesiam Sancti Nicholai Tornacensis aliquamdiu agitata fuerat, consilio Cameracensis capituli et legitimarum consideratione personarum hoc modo fuisse decisam. Quidquid ad nos sive juste sive injuste pertinere dicebamus in terris quas Ecclesia Sancti Nicholai Tornacensis ab Ecclesia Sancti Nicholai de Silva, itemque in eis quas a fratribus de Felines Galtero scilicet, Gotsuino, Lecberto comparavit, in jus prefate Ecclesie perpetuo atque absolute transfudimus. Ita tamen ut censum duodecim denariorum ab eadem Ecclesia in festivitate Sancti Remigii annuatim accipiamus. Item aliam terram quam de quodam vadio nostro esse dicimus Ecclesia Sancti Nicholai usque ad tempus redemptionis pro censu sex denariorum libere et quiete possidebit. Quod si eam redimi contigerit Ecclesie Sancti Nicholai de pretio redemptionis quod ei juste competet tribuetur, et census ille sex dena-

---

(1) Dans le Rouge livre ce document est intitulé : *De Sancti Saluio. Gueluy.* fol. 105.

riorum morictur. Terra vero quam Ecclesia Sancti Nicholai sui juris esse nec nos eam nisi in vadio habere dicebat, libere et perpetuo nostra erit nec eam deinceps ecclesia illa reclamare poterit. Hoc presens representat pagina datis ab utraque ecclesia sigillis et testibus communita. S. Abbatum Roberti, Gerardi. S. Abbatis Heiamensis. Hannonis prioris, Godefridi supperioris, Bernardi prepositi, Stephani decani, Marsilii, Johannis prioris, Eustachii supprioris, Johannis sacristae, Simonis cantoris, Johannis cellerarii. Actum anno Domini millesimo centesimo sexagesimo nono.

Rouge livre, fol. 81, recto.

N° 34.

(AN 1170).

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés acquiert la part des dîmes que possédait Alexandre de Steenkerque, sur le territoire de Wasmes. (1).

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. E(vrardus) Dei gratia Cameracensis et Tornacensis archidiaconus presentibus et futuris in perpetuum. Ea que presenti cartule inserimus et nostris diebus et nobis sunt acta presentibus. Alexander de Stencherche partim vendidit partim in elemosinam dedit ecclesie Sancti Nicholai de pratis, quidquid decime habebat in territorio de Wamies assentiente Petronilla conjuge sua ex cujus parte ipsam decimam obtinebat, assensiente et quadam sorore conjugis sue, Juano quoque ipsius Alexandri filio cum Litiearda conjuge sua, Nichollaï Choech filia, que prefatam decimam in dotem acceperat. Et quia eadem decima de Nicholao de Blaton in Nicholaum de Peruwez et de Nicholao de Peruuez in Alexandrum gradatim feodali lege descendebat et absque eorum consensu actio hec rata esse non poterat uterque Nicholaus interfuit eamque plena et absoluta concessione firmavit. Ad augmentum quoque firmitatis Ego qui decimam ipsam de manu laica emancipatam manu mea recepi, eamque mox in jus ecclesie Sancti Nicholai legitima sanctione transfudi, Ego, inquam, et Nicholaus de Peruuez fidejussores hujus rei et

---

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *De decima Alexandri de Wames.*

contra omnem calumpniam defensores sumus constituti. Hoc presens representat pagina sigilli nostri imagine testiumque idoneorum sufficienti robore communita. S. Evrardi archidiaconi. S. Theoderici decani de Condeit. S. Gonteri presbiteri de Bavenies. S. Magistri Henrici de Condeit. S. Nicholai de Peruuez. S. Nicholai de Blaton. S. Nicholai de Antonio. S. Gualteri de Audummeis. In fine autem hujus scedule annectendum censuimus, quod Nicholaus de Blaton coram subscriptis testibus recognovit, quod omnem decimam quam et ipse habebat apud Wamies, ecclesie Sancti Nicholai de pratis contulit in presolutionem elemosine quam Sicherus frater suus in vita sua eidem ecclesie assignavit. Actum anno Domini millesimo centesimo septuagesimo.

Rouge livre fol. 49, recto.

N° 35.

(AN 1173).

Walter de Mortagne, évêque de Laon, envoie à l'abbé et aux religieux de S. Nicolas-des-Prés, cinquante livres pour la fondation de son anniversaire dans l'église de leur abbaye. (1)

Galterus de Mauritania, Laudunensis Episcopus, dilectis Dominis et amicis, abbati et capitulo universo Sancti Nicholai Tornacensis, salutem in Domino Salvatore. Super honoribus multis (2) et magnis, super affabilitatibus accuratis et letis semper et serenis vultibus quos vos et antecessores vestri nobis semper exhibuistis, grates vobis referimus infinitas, et utinam Dominus sit pro nobis per omnia retributor. Ut igitur post corpus animam honoretis, precamur ut causa Dei memoriam nostri post transitum hujus vite anniversariam faciatis, ad quod vobis mittimus quinquaginta libras (3)

---

(1) V. *Bulletins de la Société historique et litteraire de Tournay*, tome XIV, pp. 277 et 283.

(2) Gueluy augure des expressions dont se sert ici Walter de Mortagne que « l'abbé Oger comme fort cognus de lEuesque Simon duquel il estoit vicaire quil auroit fort auancé ce dict Galter a lEueschê de Lan, car il nen scauroit dire dauantage si ainsy auroit esté. » fol. 110.

(3) Nullibi, dit Gueluy, fol. 110, en marge, hucusque legi hoc vocabulum : *libras* argenti, sed semper marcas, nisi hoc libras fuerit particulare Francis.

in emendis redditibus implicandis. (1) Unam in die anniversarii nostri fratres refectionem habeant competentem.

Rouge livre, fol. 176, verso.

---

(1) Pour cognoitre ce qu'on pouuoit achepter auecq 50 liures de ce tamps, je trouue quenuiron 100 ans apres a scauoir lan 1259 nous acheptasmes vn bonnier de pretz et 20 vergues aupres de Lanoy pour 50 liures 10 sols et 6 deniers tournoys. Rouge livre fol. 94 litt. L, C. puis Mathieu le Clercq nos vendit lan 1244 trois quartiers de terres gisantes en deseurs le ries vers S. Nicolas pour 22 liures flandre. Rouge livre fol. 76 litt. K. Gueluy, fol. 111, en margc.

N° 36.

(AN 1174).

Hugues, doyen de Cambray, et Gérard, abbé d'Alne, attestent que Walter, seigneur du Quesnoy, a donné à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés tout ce qu'il possédait à Lambrechies et autres biens. (1).

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. H (ugo) Dei gratia Cameracensis decanus, G (erardus) eadem gratia abbas de Alna, universis presentibus et futuris in perpetuum. Quia, sicut legimus, dies mali sunt, et, sicut videmus, dierum prevalente malicia cotidie impugnatur et frequenter expugnatur justicia, nos, in quantum, Domino donante, possimus, pacta pacis et concordie per nos formata firmare et contra imminentia malitie machinamenta debemus premunire. Noverint igitur universi querelam qua junior Galterus del Caisnoit Ecclesiam Sancti Nicholai de pratis impetebat. Post multam contercationem per nos et alias quasdam personas utriusque partis assensu sic decisam, supradictus Galterus, cooperante Nicholao socero ac tutore suo interpositoque fidei sue firmamento, supradicte Ecclesie in elemosinam, salvo redditu suo perpetuo, possidendam dedit quidquid clamabat in terris apud Lambrecies de se descendentibus, quas a quodam rustico excambitas sine ipsius Gualteri

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Galtero don Kesnoit de Prato apud Lambrechies.*

assensu eadem sibi Ecclesia manciparat; quidquid etiam clamabat in aqueductu molendini; quidquid in curtili ante curtis portam et pratulo curtis ambitu partim clauso, que duo postrema, curtile scilicét et pratulum, de manu Lecberti de Sancto Piato predicta ecclesia perpetuo tenenda suscepit ad redditum. Huic si quidem Lecberto senior Galterus del Caisnoit Hierusalem profecturus, quidquid habebat in potestate de Galren, scabinis de Galren testantibus, servandum atque dispensandum commisit, data ei potestate ut exinde tamquam de proprio faceret, quidquid sibi utile visum foret. Prefata igitur elemosina coram legitimis testibus facta et confirmata sepe dicta ecclesia fecit absolvi Galterum et quosdam ipsius homines propter burinam in res ejus factam anathemati subjacentes. Hoc presens representat pagina multiplici sigillorum ac testium robore communita. S. Hugonis Cameracensis Decani, Anselmi Civiensis Decani, Gerardi abbatis de Alna, Radulphi prepositi de Sancto-Martino, Theoderici, Wenemari, Arnulfi junioris de Anvea, Gonteri de Quarta, militum, Alardi, Gerardi, Hugonis, Anselmi Gossuini, scabinorum, Hadonis de Wiheries, Raboldi de Galren. Actum anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo septuagesimo quarto tertio nonas junii.

Rouge livre, fol. 77, verso.

N° 37.

(AN 1175).

Évrard, évêque de Tournay, confirme la donation de la terre au-delà du Ries, faite par son père Walthère, à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. (1).

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Evrardus Dei misericordia Tornacensis Episcopus universis presentibus et futuris in perpetuum. Quia duplex est pietatis officium, scilicet aut bona facere aut facientibus congaudere, dignum est ut nos qui, auctore Deo, pastoralis cure specula conscendimus, gemme hujus virtutis exercitio specialiter insudemus, quatinus et ipsi prout rerum ac temporum opportunitas persuaserit, bona faciamus et aliorum benefacta consensu et favore nostro solidemus. Quocirca vobis certum esse volumus quod Galterus pater noster, Tornacensis advocatus, terram suam, que jacet ultra Ries, ecclesie Sancti Nicholai de Pratis quam nostra fundavit ecclesia in elemosinam libere et perpetuo possidendam dedit, assentiente et per scriptum et sigillum confirmante Domino Simone venerabili Tornacensium pontifice, de quo idem Galterus eandem terram in feodum noscitur tenuisse. Decernimus ergo et perpetua ratum stabilitate sancimus ut elemosina illa legitime facta supradicte ecclesie illibata et

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Terra aduocati.*

integra permaneat, ita tamen ut singulis annis ipsa ecclesia Tornacensi episcopo censum quatuor denariorum in festo Sancti Remigii solvat. Prohibemus itaque et sub anathemate interdicimus ne ulla ecclesiastica secularisve persona sepedictam ecclesiam super hoc infestare presumat. Quod si facere prestiterit a sacratissimo corpore et sanguine Jesu Christi aliena fiat et in novissimo magni Judicii die, districte ultioni subjaceat. Hanc nostre constitutionis paginam sigilli nostri firmamento roboramus, testiumque multiplici munimine solidatam ecclesie beati Nicholai ad tutelam possessionis sue delegamus. S. Domini Everardi Tornacensis episcopi, Letberti decani, Gonteri decani, Symonis, Thome, Theoderici, presbiterorum. Raineri, Galteri, Lamberti, dyaconorum. S. Oliveri, Gotsuini, Henrici, Everardi. Data Tornaci per manum Letberti cantoris et cancellarii anno Domini millesimo centesimo septuagesimo quinto, indictione octava, decima Kalendas aprilis.

Rouge livre, fol. 147, verso.

N° 38.

(AN 1175).

Le chapître d'Antoing donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés un courtil situé à Lambrechies. (1).

In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Hesscelmus, Anthoniensis decanus, et ejusdem ecclesie capitulum presentibus et futuris in perpetuum. Operc pretium est ut pacta inter ecclesias canonice habita litteris inserantur quatenus earum representatio et presentium fulciat memoriam et futurorum instruat ignorantiam. Noverint ergo universi quod nos communi assensu capituli nostri concessimus ecclesie beati Nicholai de pratis jure perpetuo possidendum quoddam curtile apud Lambrecies situm, quod Hugo comes antea tenuit, cujus redditum prebende sue ascriptum Hugo de Soces annuatim recipit. Hec autem concessio nostra tali tenore acta est ut ecclesia Sancti Nicholai predicto Hugoni et successoribus ejus singulis annis solitum persolva tredditum, quatuor scilicet denarios, in festo Sancti Remigii, unum sextarium avene, duos capones et quatuor denariatas panis in natali Domini. Hoc presens testatur pagina sigilli nostri atque ydoneorum testium robore communita. S. Hesscelmi decani, Hugonis de Soces, Gonteri, magistri Gualteri, Reneri fratris ejus, Peruini, Simonis, Absalonis, Johannis, magistri Mainerdi. Actum anno Domini millesimo centesimo septuagesimo quinto.

Rouge livre, fol. 85, recto.

---

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *De Quodam curtili apud Lambrechies.*

N° 39.

(VERS 1177).

Charte de Nicolas d'Avesnes concernant l'alleu de Gaurain donné par Manassès à l'abbaye de Saint-Ghislain et vendu par celle-ci aux religieux de Saint-Nicolas-des-Prés. (1).

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Amen. Ego Nicholaus de Avesnes universis tam sancte ecclesie rectoribus quam terre judicibus in perpetuum. Ea que scribimus et nostris temporibus et nobis acta sunt presentibus. Ecclesia Sancti Gisleni quoddam allodium suum a Manasse quondam milite, postmodum monacho ejusdem loci, sibi in elemosinam datum, ecclesie Sancti Nicholai de pratis vendidit. Hujus itaque legitime venditionis Ego, in cujus potestate allodium ipsum situm est, ab ecclesia Sancti Gisleni ecclesie Sancti Nicholai fidejussor, testis et defensor sum constitutus. Defensor, inquam, tam contra ipsos venditores, si forte in aliquo postmodum reclamare tentaverint, quam contra omnes qui in aliquo nequitie machinamento ecclesiam beati Nicholai super hoc inquietare presumpserint. Et de hoc quidem satis. Jam vero Alardus de Antonio pene similem cum predicta Sancti Nicholai ecclesia subiit pactionem vendens ei, assensu Cecilie conjugis sue et filiorum suorum, quoddam allodium suum, nemus scilicet et nemoris fundum

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Defentione nemoris de Gauraing.*

supra dicto Manasse allodio contiguum. Super hac nihilominus conventione, Ego, sed et Jacobus frater meus, tutores et advocati predicte ecclesie ab Alardo et filiis ejus sumus dati plane tam contra ipsos quam contra omnes legitimam ecclesie possessionem calumpniari nitentes. Verum ne forte harum constitutionum tenor in aliquo nutare videatur, ad removendum totius contradictionis impetum, rei geste veritatem presenti pagina posteris nunciamus testibusque annotatis sigillum nostrum apponimus. S. Nicholai de Avesnes. S. Jacobi filii ejus. S. Alardi de Antonio et filiorum ejus, Frastredi de Wit, Egidii et Baldewini de Popiola, Evrardi de Vinca prepositi de Avesna, Arnulfi et Wenemari de Anven, Nicholai de Hera, Henrici et Theoderici de Havines, Guidonis de Moreni, Wenemari de Entre.

Rouge livre, fol. 75, verso.

N° 40.

(VERS 1177).

Donation d'un alleu faite par Gilbald de Flines et ses frères à l'hôpital de Saint-Nicolas-des-Prés. (1).

In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Nicholaus de Avennis notum fieri volo quod Gilbaldus de Felinnes et fratres ejus Walterus, Lethbertus, Gothsuinus, alodium suum domui hospitali Sancti Nicholai de pratis, pro sua suorumque salute, in elemosinam dederunt. Ipsum autem alodium quia advocatie mee suberat, idem fratres in manum meam reddiderunt, et ego consequenter per manum domini Roberti Abbatis prefate domui hospitali libere in perpetuum possidendum dedi. Rogatu vero Gilbaldi et fratrum ejus et prenominati abbatis petitione alodium datum contra omnium contradictorum seu calumpniatorum oppressiones seu inquietationes defendendum suscepi, et ad majorem certitudinem me ipsum super hoc obsidem dedi. Huic donationi legitime hi legitimi testes interfuerunt. Mathildis uxor mea, Jacobus filius meus, Fastradus frater meus, Egidius de Popiole, Walbertus de Russenies, Gothsuinus prepositus de Avennes et filii ejus Gerardus de Waverin, Alulfus de Remelgies, Guntherus de Quarte, Theodericus filius Walteri de Holay.

Rouge livre, fol. 116, recto.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Alodio Gibaldi de Flines.*

N° 41.

(AN 1179).

Évrard, évêque de Tournay, donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés, les quatre autels de Hodenghem, Geleueth, Huinguddeghem et Ledhem, que Gossuin, son neveu, avait résignés entre ses mains. (1).

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Everardus Dei gratia Tornacensis Episcopus, omnibus ad quos iste littere pervenerint. In hoc speculum domus Domini ascendimus, ut que infirma sunt roboremus, et que suo robore sunt infixa, ne aliqua incursione detrimentum sustineant, pastorali sollicitudine tueamur, ut fortes a nobis roboris munimentum accipiant, et infirmi unde subleventur solatium a nobis percepisse se sentiant. Quia non solum officii nostri est indigentibus subvenire sed etiam bona volentibus opem ferre, hac sollicitudine inducti ecclesie beati Nicholai de pratis extra Tornacum altaria Hodenghem, Geleucch, Huinguddegbem, Ledhem (2), que Gossuinus, fratris mei Fastendi filius, in manus nostras libere et sine conditione resignavit, intuitu religionis, pro remedio anime

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Quatuor altaribus littere originales*. V. Miraeus, t. III, p. 349.

(2) Note extraite du Rouge livre, fol. 270, recto. « Quatuor cure supradicte ante creationem novorum Episcopatuum erant omnes Tornacensis Dyocesis. Nunc autem Inghoneghem communiter Iveghem, Tornacensis dyocesis, distat a Tornaco quinque milliarihus, habetque vicinos pagos Thighem, Castre et Oytighem. Gheleuelt, Tornacensis dioecesis,

nostre et celebratione anniversarii nostri in perpetuum faciendi, seu etiam pro expiatione predecessorum nostrorum Tornacensium pontificum vel parentum nostrorum, salvo jure nostro et ministrorum nostrorum, libere in perpetuum possidenda donavimus. Et ne per revolutiones temporum in aliquo nostra donatio suo robore minuatur presentem paginam sigilli nostri impressione munivimus. Si quis huic pagine calumniam in prejudicium doni nostri movere temptaverit, vel eam aliquatenus infirmare presumpserit, donec ad satisfactionem venerit et erratum suum correxerit, judicium Dei viventis incurrat et partem cum Dathan et Abyron, quos terra vivos absorbuit, accipiat. Porro, ut presens pagina in amplioris exurgat roboris incrementum, nomina testium qui donationi interfuerunt dignum duximus annotare. S. Domini Everardi Tornacensis Episcopi. S. Arnulphi archidiaconi. S. Thome, Theoderici, Gonteri, presbiterorum. S. Magistri Gilberti, Galteri de Jabecca, Gossuini, item Gossuini, canonicorum. S. Mathei Seclinien-sis prepositi. S. Gerardi abbatis Sancti Petri Gandensis. S. Arnulphi abbatis de Eechout. S. Danihelis abbatis de Sonnebeck. S. Samuelis abbatis de Los. S. Danihelis abbatis de Cambron. S. Johannis abbatis de Thosan. S. Theberti prioris de Cysonio. Actum Tornaci anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo septuagesimo nono, Consecrationis nostre septimo, decimo tertio Kalendas Augusti.

Rouge livre, fol. 269, recto.

---

distat ab Ipris uno milliari, habetque vicinos pagos Coneberke, Nonnemboske et Sanctuorde. Leden (passim Lee), Gandensis dyoecesis, distat ab Aldenardo uno milliari, habetque vicinos pagos Waneghem, Mullem et Oyke. Wedeghem (wulgariter lheghem), Brugensis dyoecesis, distat à Cortraco quinque milliaribus, habetque vicinos pagos Thyest, Coolscamp et Haiden. »

N° 42.

(AN 1179).

Le pape Alexandre III confirme l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés dans ses possessions. (1).

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, dilectis Eustatio, abbati ecclesie Sancti Nicolai Tornacensis, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris canonice instituendis in perpetuum.

Quotiens illud à nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et prefatam abbatiam Sancti Nicolai, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar predecessoris nostri felicis memorie Innocentii pape, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia inpresentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : Locum, in quo ecclesia ipsa sita est, cum omnibus pertinentiis suis; capellam Sancti Medardi, quam vobis canonici

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De benedictione abbatis et confirmatione bonorum.*

Tornacenses per manum domini Simonis, episcopi sui, liberam contulerunt, quam vobis prefatus episcopus, eisdem clericis subscribentibus, confirmavit, et post ipsum Innocentius papa. Liceat vobis in ea, apertis januis, sonantibus signis, nisi pro generali interdicto fuerit, divina officia celebrare et oblationes fidelium recipere, salvo parochiali jure matricis ecclesie, de cujus parochia fuit. Libertatem electionis, quam vobis Tornacensis episcopus confirmavit, de ea scilicet persona, in quam totum capitulum vel sanior pars capituli consenserit. Prohibemus etiam, ne aliquis in benedictione Abbatis palefridum, capam aut vinum à vobis presumat exigere; quod symoniacum sonare videtur. Terram circa Ries, quam Walterus advocatus vobis dedit in eleemosinam per manus Simonis Tornacensis episcopi, de quo eam tenebat, unde annuatim Tornacensi episcopo censum quatuor denariorum solvitis; terras ad Huberti Lucum; molendina, prata et terras arabiles circa Tornacum; terram quam Allardus Desplechin assensu conjugis et liberorum suorum, apud Castrecin vobis partim vendidit, partim in eleemosinam dedit; terram quam Walterus et Evrardus et participes eorum apud Castrecin partim in eleemosynam vobis dederunt, partim vendiderunt; allodium in eodem loco, quod Walterus de Castrecin et participes ejus partim venditione, partim eleemosine largitione contulerunt; terram in eodem loco, quam Beatrix de Ruma et liberi ejus vobis in eleemosinam dederunt; terram in eodem loco, quam vobis Gerulfus de Wals partim vendidit, partim in eleemosinam dedit; curtem totam de Castrecin, cum omnibus terris, pratis et appendiciis suis; allodium apud Rosteleu, quod emistis ab ecclesia Sancti Nicolai de Bosco, annuente ipsius ecclesie capitulo; allodium in eodem loco, quod a canonicis Sancte Marie Tornacensis, simulque quoddam terragium pro censu decem solidorum tenetis; allodium in

eodem loco, quod emistis a fratribus Deflines, heredibus eorum assentientibus, quod partim est in saltu, partim in terris, partim in pratis; totam curtem de Rostcleu cum omnibus terris, pratis et pertinentibus suis; curtem hospitalis vestri cum omnibus ad ipsum hospitale pertinentibus; allodium quod emistis ab ecclesia Hasnoniensi tam in saltu quam in terra, unde ei annuatim duodecim denarios pro censu solvitis; nemus et terras et prata, que vendidit vobis ecclesia sancti Gisleni assensu capituli sui; nemus et terram, pro quibus solvitis custodi vel ecclesie Antoniensi sex nummos pro censu; allodium tam in saltu quam in terra, quod vobis vendidit Allardus de Antonio, assensu conjugis et heredum suorum; curtem de Lambrechies cum molendino, terris et pratis et omnibus pertinentiis suis; partem decime et redditus et allodia que habetis apud Vals; decimam quam habetis apud Landast; decimam quam habetis apud Wamias; unum mansum terre, quod tenetis de ecclesia Sancti Amandi ad censum duodecim denariorum; terragium quod tenetis ab eadem ecclesia pro tribus raseriis tritici et tribus avene; redditum, quem emistis ab eadem ecclesia apud Ramecrois; terragium, quod tenetis de custode Antoniensi pro uno modio frumenti; totam curtem de Boucenies cum omnibus pertinentiis suis. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, seu arborum, seu pecorum, nullus a vobis decimas presumat exigere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integre conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur

in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi Redemptoris aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani, per manum Alberti, Romane ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii, XVII kalendas aprilis, indictione XII[a], Incarnationis Dominice anno millesimo centesimo septuagesimo nono, Pontificatus domini Alexandri pape III anno XX°.

Rouge livre, fol. 1, recto.

N° 43.

(AN 1181).

Le pasteur de Gaurain contestait à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés la possession d'une prairie à Lambrechies. Le doyen de Saint-Brice, établi comme juge, se prononce en faveur de l'abbaye. (1).

Ego Balduinus, presbiter et decanus ecclesie Sancti Briccii, totumque capitulum nostrum sacerdotale, omnibus post futuris in perpetuum. Presbiter de Galren Ludovicus ecclesiam Sancti Nicholai Tornacensis super quodam prato apud Lambrecies, quod ecclesie sue esse dicebat, graviter impetebat. Prefata vero Sancti Nicolai ecclesia, in presentia nostra et capituli nostri, legitimis testibus introductis ordine judiciario predictum pratum suum esse diratiocinavit. Quod ut absque ulla reclamatione deinceps possideat scripto ac sigilli nostri appositione et capituli nostri subscriptione rei geste seriem confirmamus. S. Balduini decani. S. Fulconis, Arnulfi, Mevelai, Stephani, Hulduini, Willeberti, Theoderici, presbiterorum. Actum anno dominice incarnationis millesimo centesimo octuagesimo primo.

Rouge livre, fol. 77, recto.

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Prato apud Lambrechies.*

N° 44.

(AN 1182).

Eustache, abbé de Saint-Nicolas-des-Prés, reconnaît devoir à Gossuin, archidiacre de Tournay, chaque année, sa vie durant, quatre marcs d'argent, sur les autels de Hedenghem, Geleueth, Huingudde-ghem et Ledhem. Après la mort dudit Gossuin les revenus de ces autels appartiendront au monastère de Saint-Nicolas. (1).

Eustachius, Dei gratia, ecclesie beati Nicolai secus Tornacum humilis abbas, cum universitate capituli sui, universis Christi fidelibus ad quos presens pagina pervenerit salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod dilecto nostro Gossuino, Domini Fastredi filio, Tornacensi archydiacono, quatuor marcas ad pondus et pretium veritatis argenti Tornacensis annuatim, quoad vixerit, persolvendas, in festo Assumptionis beate Marie duas, et in solemnitate Dominice Resurrexionis duas, debemus. Post decessum autem ipsius, quicquid emolumenti de altaribus pro quibus prescriptum argentum solvebatur, pervenerit, sacrista noster recipiet. Et in anniversario memorati archidiaconi quinquaginta solidos, in anniversario etiam Domini Everardi, Tornacensis episcopi, alios quinquaginta solidos refectioni fratrum, ut

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De quatuor altaribus.*

solemnior habeatur, procurabit. Residuum vero usibus officii sui deputabit. Ne autem super his aliqua futuris temporibus oriatur molestia, paginam istam sigillo universitatis nostre vallatam eidem concessimus. Cujus tenorem ne quispiam ausu temerario infringere moliatur sub anathemate inhibimus et nominibus testium insertis corroborare non segnes fuimus. S. Domini Eustachii abbatis. S. Gossuini prioris. S. Sicberti presbiteri ipsius Episcopi. S. Simonis. S. Arnulphi. S. Johannis. S. Segardi. S. Nicholai. S. Balduini. S. Johannis, presbiterorum predicte Ecclesie. S. Galteri dyaconi. S. Galteri. S. Johannis. S. Gossuini. S. Arnulphi. S. Everardi, subdyaconorum. Actum anno Domini millesimo centesimo octogesimo secundo.

Rouge livre, fol. 270, verso.

N° 45.

(AN 1182.)

Echange de biens, situés à Ramecroix, entre le chapitre de Notre-Dame à Tournay et l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés (1).

In nomine Domini. Amen. Arnulphus decanus, Gothsuinus archidiaconus, Theodericus, totumque sancte Marie Tornacensis ecclesie capitulum, omnibus ex hoc nunc et usque in seculum. In verbo succincto indecens est prolixa prefatio. Ea igitur intermissa, sciant et qui sunt et qui futuri sunt quod dilecti nostri fratres ecclesie Sancti Nicholai de pratis quandam terram in potestate de Ramecrois sitam et nobis terragium persolventem, unum scilicet bonarium secus exclusam, quinque quartarios qui sunt ad querculos minus canonice sibi attraxerunt, et super hoc inter nos et se querele materiam suscitarunt. Que ut tandem aliquando sopiretur, nos eis prefatam terram libere et absolute perpetuo possidendam concessimus. Et ipsi nobis assignaverunt aliam terram in eadem potestate nec quantitate imparem, nec minus terragii nobis reddituram, bonarium scilicet et dimidium a Johansart, tres quartarios ad frustula. Preterea predicti fratres debebant nobis in predicta potestate decem denarios reddituales : octo scilicet de censu cujusdam prati, duos de sede molendini. Et hos eis benigne excambivimus, totidem denariis de reddita eorum juri nostro attitulatis,

---

(1) Titre du document dans le Rouge livre : *De terra de Ramecrois.*

quos debet Letbertus prelibati debitor terragii. Quod contra calumpnias aut ignorantie nubilo, aut malitie studio forte nascituras presens representat pagina cum auctoritate sigilli nostri, sumptis hinc inde testibus ydoneis, communita. S. Arnulphi decani. Gossuini et Roberti, archidiaconorum, Theoderici prepositi, Johannis cantoris, Thome, Henrici, Gonteri decani, Magistri Gualteri, Stephani, presbiterorum, magistri Galteri, Raineri, Oliveri, Lamberti, Galteri de Jabecca, Guinomari, canonicorum. S. Eustachii abbatis, Gossuini prioris, Petri, Simonis, Arnulphi, Johannis, Nicholai, presbiterorum. Actum Tornaci anno Domini millesimo centesimo octogesimo secundo.

Rouge livre, fol. 82, recto.

N° 46.

(VERS 1182).

Charte d'Eustache, abbé de Saint-Nicolas-des-Prés, qui avait reçu de Baudouin d'Obigies et de ses sœurs Agnès et Aelide, une famille de serfs. (1).

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. E (ustachius), Dei gratia, ecclesie Sancti Nicholai Tornacensis abbas omnibus ex hoc nunc et usque in seculum. Quod in nostra multorumque presentia pie devotionis intuitu actum, est ne oblivione deletum a memoria excidat, ad posterorum notitiam scripto transmittere curavimus. Igitur tam future quam moderne innotescat generationi quod Balduinus de Obesies et sorores ejus Agnes et Aelidis, annuentibus maritis suis Gossuino de le Bruyere et Warino Pelet, ancillam unam Ivetam de Pech et filium ejus Galterum, filiamque Bechselam, qui eis a predecessoribus provenerant, cunctamque eorum successionem ecclesie nostre pro redemptione animarum suarum in elemosinam contulerunt, ea intentione ut annuo censu duos denarios in sollempnitate predicti Sancti Nicholai, contractione matrimonii quatuor, et in decessu ab hac luce quatuor eidem ecclesie perpetuo persolvant. Hujus indulgentie pretaxati largitores fide data et insuper memorata ecclesia super sanctum altare manuum impositione jurejurando compromiserunt se a predicta

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Reddita de Obesies.*

generatione sub optentu pristine servitutis nichil amplius exacturos et ecclesiam pro posse suo manutenere, si quis eam super hoc presumpserit inquietare. Nos autem, ne eadem posteritas a progenitoribus notata servitutis cauterio aliqua perversorum violentia seu contumacium arrogantia servire deinceps compellatur, chyrographum prescripte donationis presentatorium sigilli nostri impressione munitum eis tradere studuimus et eorum nomina qui interfuerunt annotare non negleximus. S. Eustachii abbatis. S. Simonis. S. Johannis. S. Segardi. S. Balduini, presbiterorum. S. Thome de Salines presbiteri. S. Simonis de Audenarde.

Rouge livre, fol. 274, verso.

N° 47.

(AN 1187).

Hugues, seigneur d'Antoing, donne aux religieux de Saint-Nicolas-des-Prés cinq bonniers de prairies ou terres arables situés à Maubray. (1).

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Hugo de Antonio tam futuris quam presentibus. Certum sit vobis, quod Ego, pro remissione peccatorum quibus ego et predecessores mei Deum offendimus, et pro restitutione dampnorum que nos ecclesie Sancti Nicholai de pratis intulimus, dedi eidem ecclesie in elemosinam libere et perpetuo possidendam quinque bonaria partim prati, partim terre arabilis, in potestate de Malbray. Hujus rei testes sunt Nicholaus de Caldri, Balduinus de Ham, Egidius de Popiolis, Egidius de Bruella, Balduinus de Perewees, Robertus Capellani, Egidius Pipini, Wenemarus de Ara. Actum anno Domini millesimo centesimo octogesimo septimo.

Rouge livre, fol. 61, verso.

---

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *De quinque quarteriis terre apud Maubray.*

N° 48.

(AN 1166-1187).

Concession d'une rente, à Lille, faite par l'abbé et les religieux du monastère de Los, à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. Celle-ci devait donner dans ce revenu à Pétronille, sœur de l'abbé Samuel, de Los, sa vie durant. (1).

In nomine Domini nostri. Noverit omnes moderni et posteri quod abbas et fratres ecclesie beate M (arie) de Los concesserunt fratribus et ecclesie de Pratis Sancti Nicholai Tornacensis redditum annuatim recoligendum apud Insulam, tertiam scilicet partem quinque firtonum argenti supra domum Rumaldi Macellarii et fratris ejus Roberti, qui redditus ecclesie de Los esse dinoscitur, cujus redditus tertiam partem, ut dictum est, prenominati fratres de pratis hereditario jure recipientes missuri sunt Petronille in Carnensi ecclesia converse, uxori olim Johannis Belli, quoadusque vixerit, qua defuncta, ipsorum de Pratis erit hereditas illa. Cui rei fermius testimonium et totum Capitulum nostrum.

Rouge livre, fol. 163, verso.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Los.*

N° 49.

(AN 1166-1187).

Samuel, abbé de Los, remet au monastère de Saint-Nicolas-des-Prés la part du revenu de Lille qui était dû à sa sœur Pétronille. (1).

In nomine Domini. Ego Samuhel dictus abbas Sancte Marie de Los. Notum fieri tam presentibus quam futuris volo quod redditum illum quem apud Insulam ecclesia Sancti Nicholai tenet et post decessum sororis Petronille nostre esse debuit, eidem ecclesie, consilio et consensu fratrum nostrorum, pro receptione Guillelmi fratris nostri Stephani jure perpetuo concessimus possidendum. Unde eis tradimus hoc scriptum proprio sigillo confirmatum.

Rouge livre, fol. 223, recto.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Los*.

N° 50.

(AN 1189).

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés achète deux bonniers de terre près de Bouchegnies, et le seigneur d'Antoing lui remet les droits qu'il avait sur ces deux bonniers. (1).

In nomine Domini. Hugo Dei gratia dominus Antoniensis presentibus et futuris in perpetuum. Rei veritas habet quod Hugo Heribellus duos paulominus terre bonarios juxta terram de Boucegnies de me in feodum tenebat. Qui Hugo Hierusalem profecturus eandem terram ecclesię de pratis Sancti scilicet Nicholai juxta Tornacum vendidit et sub titulo elemosine manumisit, quod quia sine concessione mea non satis libere fieri non poterat, ipse Hugo consensu conjugis sue Elisabeth et filiorum suorum Mathei, Nicholai, Gerardi, terram illam in manum meam reddidit, eo tenore interposito, ut quidquid juris in prefata terra mihi constabat prelibate ecclesie darem in elemosinam libere et perpetuo possidendam. Quod et feci, concedentibus imo et petentibus ipso et uxore et filiis ejus a quibus etiam super hac elemosina obses, tutor et advocatus ipsi ecclesie sum constitutus, posito hoc et inter nos fixo firmiter. Quod si opus hoc postmodum in aliquo perturbaverint ad omnia que de me tenent super hoc

---

(1) Titre du document dans le Rouge livre : *Hugonis Heribiel*, Guel. fol. 148.

me tenebo. Hujus actionis statum consolidant scriptura, sigillum, turba testium. S. Roberti capellani, Nicholai presbiteri de Fonteneto, Nicholai de Caldri, Johannis de Velven, Gonteri de Val, Rogeris fratris ejus. Actum anno Domini millesimo centesimo octogesimo nono.

Rouge livre, fol. 47, verso.

N° 51.

(AN 1189).

Baudouin, seigneur de Péruwelz, et sa femme Julienne, donnent à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés onze bonniers et quart de terres situés à Roucourt. — Hugues d'Antoing confirme cette donation. — Les religieux de Saint-Nicolas, par reconnaissance, reçoivent au nombre des sœurs converses Marie, sœur duditBaudouin.(1).

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Hugo Antoniensis tam presenti quam future generationi.Prudentis est pro transitoriis mansura commutare et de mammona iniquitatis eternum sibi receptaculum construere. Hinc Balduinus de Pierowes et uxor ejus Juliana videntes omnem labentis seculi nitorem in se ipsum deficere et ejus gloriam tamquam fumum paulatim evanescere, dederunt ecclesie sancti Nicholai Tornacensis, pro sua parentumque suorum salute, elemosinam undecim bonariorum et quadrantis terre arabilis, in advocatia de Rocort, libere et absolute jure perpetuo possidendam. Concesserunt etiam ei liberam in maresco suo turbas sumendi facultatem ad procurandum curti sue de Bocheniis ignem absque venditione sufficientem. Sane quia a me lege feodali descendebat et aliter hec donatio stare non poterat, assensum prebui, manum

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Peroeis. A Rocourt XI bonniers et un quartier de terre.*

adhibui. Insuper, data fide, et heredes meos obsides et adversus omnem calumpniam defensores constitui. His beneficiis gratanter respondentes, abbas et fratres prefate ecclesie sororem ipsius Balduini, Mariam nomine, in congregatione sua receperunt et ei habitum religionis imposuerunt. Hoc, ne elapsu temporum oblivione deletum in irritum revocetur, et ne ecclesia qualibet malignorum incursione fatigetur, presens pagina testatur sigilli mei impressione et hominum meorum attestatione roborata. S. Theoderici de Anven. S. Gonteri de Moustier. S. Rogeri fratris ejus. S. Arnulphi de Cheuren. S. Hugonis de Condeit. S. Galteri de Frasne. S. Balduini de Rocort. S. Galteri de Claviere. S. Johannis de Ravinalt charenoiet. S. Galteri Galet. S. Warneri Cavate. Actum anno Domini millesimo centesimo octogesimo nono. Et sciendum est : non solvunt nec debent iste terre prenominate de triginta garbis nisi unam garbam.

Rouge livre, fol. 43, recto.

No 52.

(AN 1190.)

Eustache, abbé de Saint-Nicolas-des-Prés, accorde au clerc Wibert, et à son fils du même nom, leur vie durant, deux bonniers et demi de terre, situés à Vaulx, de la donation de Henri de Saintes, et deux autres bonniers de terre, situés près de la ferme de Bouchegnies, au lieu dit Ranchoïs. (1).

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Amen. Eustachius, Dei patientia, dictus abbas Ecclesie Sancti Nicholai Tornacensis, totusque ejusdem ecclesie conventus, universis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus ad quos littere iste pervenerint salutem in Domino. Quoniam lapsu temporum atterente memoriam plurima traduntur oblivioni, et antiquam antiquorum patrum prudentiam imitari non erubescimus, cum ea que facimus scripta memorie commendamus. Ea propter tam futuris quam presentibus manifestum fieri volumus quod duos bonarios terre et dimidium bonarium paulo plus vel minus, qui sunt in potestate de Vaus, quos Henricus de Saintes, Jherosolimam profecturus, Ecclesie nostre sub ramo et cespite, presentibus francis hominibus in elemosinam tradidit pro benefacto Wiberti, clerici, et nostro, communi consilio et assensu capituli nostri, prefato Wiberto et filio ejus Wiberto, vita comite, habendos concessimus, ex pacto quod terram istam excolere, semente

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Nemore Hasleut.*

nostro seminare, medietatemque garbarum ad domum ipsorum deducere tenemus. Duos quoque bonarios terre paulo plus vel minus qui sunt citra curtim nostram de Boucegnies, secus locum qui appellatur Ranchois, quos a Hugone Heribello de proprio capitali ipsius Wiberti emimus, quos etiam idem Wibertus de suo proprio marlari fecit, illos similiter sepedicto Wiberto et filio ejus Wiberto, quamdiu vixerint habendos concessimus, ea conventione quod terra colere, semente nostro seminare, garbas colligere, in horreo nostro reponere, medietatemque tritici triturati ad domum ipsorum deducere tenemus. Ne autem concessio ista malignitate cujuslibet possit infirmari vel disturbari presentem paginam appensione sigilli nostri munivimus et nomina canonicorum nostrorum qui huic concessioni interfuerunt subnotari fecimus. S. Domini Eustachii abbatis. S. Domini Johannis prioris. S. Nicholai, Balduini, Gualteri, Johannis, Arnulphi, Everardi, Theobaldi, presbiterorum. S. Gualteri, Willelmi, Nicholai, diaconorum, S. Gualteri, Gotsuini, Mathei, subdiaconorum. Actum anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo, indictione octava, epacta duodecima, concurrente septimo.

Rouge livre, fol. 90, verso.

N° 53.

(AN 1190.)

L'abbé Eustache donne en arrentement perpétuel pour dix-huit rasières de seigle par an, les cinq bonniers et demi acquis par donation de Thomas de Salines. (1).

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Eustacius, Dei patientia, ecclesie Sancti Nicholai Tornacensis abbas dictus, totumque capitulum nostrum, presenti et future generationi in perpetuum. Notum vobis facimusquod Dominus Thomas de Salines dedit ecclesie nostre modicum plus aut minus quinque bonariorum terre et dimidii, quam consitam in potestate de Templeuve a Sichero de Donein pretio sibi acquisivit assensu Domini Theoderici de Sin post et fratris sui Galteri, eorum jure salvo penitus existente, quam et tenuit per spatium annorum quindecim nemine reclamante. Verum quia terra illa carruce nostre nimis erat aliena, prefate ville cuidam accole, Gomaro videlicet, hanc hereditarie dedimus obtinendam pro decem et octo raseriis segetis terre illius melioris, deducto prius semente ad terram illam seminandam sufficiente ad mensuram Tornacensem persolvendis in omnium sanctorum solempnitate. Preeunte igitur predicti Domini jure quamdiu Domino placebit jus illud ab herede recipiet, quin vero aliter heres

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De domino Thoma de Salines à Templeuve.*

nobis tenebitur persolvere et nos illud Domino transmittere. Proinde si in statuta die receptionis redditus seges recipientium displicuit aspectibus, conditione interposita, ad decimam ville recurremus qua segetem non minus valentem nobis reddere et nos ab ipso recipere tenebimur. Preterea, ut super hoc redditu tutiores essemus, Gomarus iste terram suam terre nostre contiguam et parem quantitate quam ex Domino jam alias nominato, presentibus scabinis ville, hospitibus et accolis, eidem Domino manu reddidit et Dominus nobis. Nos vero, ea tenore et conventioni nostre subjugata, illam pariter cum nostra ipsi Gomaro transtulimus, salvo tenore juris pristino, salvo quoque redditu a nobis super adhibito. Ter in anno statutis diebus tiemallos quisquam ex nostratibus herede sibi prenunciante exequitur. Porro ne obligationem hanc aliqua, aliquando, aliquo modo, posset attemptare calumnia, litterarum memorie commendare voluimus et testium qui interfuerunt nomina annotare et sigilli nostri appensione communire. S. Domini Eustacii abbatis. S. Balduini prioris. (1) S. Roberti, Nicholai, Galteri, Johannis, Arnulphi, Everardi, item Galteri, presbiterorum. S. Gualteri terre illius Domini. S. Scabinorum Gerardi de Kroket, Radulfi de Puteo, Hugonis de Puteo, Johannis de Tronketo, Majoris et Scabini. S. hospitum Gossuini de Salicibus, Johannis de Puteo, Letberti de Stafleirs, Gerardi Clauvet, Hermanni de Richartmeis, Roberti de Puteo, Simonis de Vieo, Gonteri Villani, Petri de Stafleirs. Actum Verbi Incarnati anno millesimo centesimo nonagesimo, indictione octava.

Rouge livre, fol. 220, verso.

---

(1) Le document n° 52, donne pour prieur de Saint-Nicolas en 1190, un chanoine du nom de Jean. C'est aussi celui que donne à cette date le catalogue des prieurs, dans le manuscrit de Gueluy. Ce même catalogue nous apprend qu'un Bauduin exerça cette charge en l'an 1205.

N° 54.

(AN 1190).

Hugues d'Antoing confirme la vente du bois de Gaurain faite par son père Alard aux religieux de Saint-Nicolas-des-Prés. Il ratifie les donations qu'il a faites lui-même à ces religieux et exempte de tailles et gabelles toutes les terres qu'ils possèdent sur sa juridiction. (1).

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Amen. Universorum Christi fidelium tam modernorum quam et postcrorum karitati innotescat quia ego Hugo de Anthonio, consentiente uxore mea Agnete, nemus de Gauraing, quod pater meus Alardus de Anthonio ecclesie Sancti Nicholai Tornacensis venditioni exposuit et vendidit, tametsi cum jure hereditario illud non contingat, verum de allodio uxoris ejus, matris mee scilicet Cecilie, ei provenerit, ecclesie pretaxate libere et absolute possidendum concedo et confirmo. Illos etiam quinque bonarios terre quos ecclesie prefate contuli pro dampnorum recompensatione que ego et frater meus Gosselinus eidem irrogavimus, liberos ab omni jure et exactione emancipatos in futurum designo. Quartam etiam partem bonarii terre in Petri valle ad opus Marie prenominate ecclesie in elemosinam erogavi. Preterea

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Bosco de Gaureng et quadam terra.*

quidquid ecclesia Sancti Nicholai in ditione nostra hodie possidet, sub protectione nostra, velut propria, et ab omni exactione tam mea quam et posterorum meorum emancipata fideliter et integre conservanda in perpetuum suscipimus. Noverint etiam tam moderni quam et posteri quod portionem nemoris de Vesonio que predictam contingit ecclesiam, quam et ei a ceteris partibus separari satagi, ad terram, si voluerit, rediget arabilem, si secus, alium quemcumque conservabit in usum; si forte ibidem ecclesia illa silve enuntiat forestorium pro velle suo in custodiam adhibeat, qui ligna et ferramenta a succisoribus quos nemori injuriosos adinvenerit, pretaxate auctoritate asportet ecclesie. Quod si forte malefactor indomabilis existat, et ad Dominum Hugonem vel ad ejus successorem, seu etiam ministrum fuerit delata querela, quicumque eorum ecclesie impotentiam suscipere et conservare tenetur, hoc est, penam malefactori injungere debitam. Forestario etiam Domini Hugonis nemoris injuriosos, si quos prior adinvenerit, sua licebit auctoritate, salvo jure ecclesie, vindicare. Si etiam ecclesia prenominata hanc exuere possessionem venditione vel commutatione disposuerit, non nisi alii ecclesie vel etiam laice persone que Domino Hugoni subdita sit licere hoc conceditur. Ut etiam in perpetuum hec nostra donatio firma conservetur sigilli nostri munimine et personis subscriptis ex nomine designatis in argumentum fidei utilitati sepedicte ecclesie providentes, ipsam signantes confirmavimus. Hujus autem donationis testes sunt hi scilicet qui ei affuerunt. S. Domini Hugonis de Anthonio. S. Agnetis uxoris ejus. S. Domini Eustacii abbatis. S. Johannis, Gossuini, canonicorum. S. Roberti, Nicolai, item Nicholai, Theoderici, presbiterorum. S. Servatii, Guillelmi, Lamberti, dyaconorum. S. Leonis, Radulphi, Gilleberti, canonicorum. S. Nicholai de Caldri, Garini, Egidii, militum. S. Flo-

cati, Gualteri, Gosselini, servientium domini Hugonis et ceterorum quam plurium. Actum anno millesimo centesimo nonagesimo Verbi incarnati, indictione octava, apud Antonium, quarto nonas septembris. Pax Domini omnibus hanc pactionem servantibus et omnibus eam scienter violantibus anathema Domini Jesu.

Rouge livre, fol. 74, recto.

N° 55.

(AN 1190).

Échange de terres situées à Bouchegnies et appartenant au chapître d'Antoing, pour d'autres terres, à Fontenoy, qui appartenaient à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. L'abbé de Lobbes, comme Prévôt du chapître d'Antoing, approuve cet échange. (1).

Viris venerabilibus et dilectis in Domino, Johanni, Dei gratia, Sancti Nicholai in pratis abbati, totique capitulo, Theobaldus, eadem gratia, Anthoniensis ecclesie Decanus, et capitulum, salutem in perpetuum. Mutationem plus minus undecim jornariorum terre que curti nostre de Boucegnies adjacet et ad prebendam Th (eobaldi) decani nostri spectat, vicinitatis et utilitatis causa ab eo vobiscum factam pro duobus bonariis de Funtenoet, ratam habemus et sigilli nostri appensione roborantes approbamus. Sequitur confirmatio dictorum jornariorum. W (erricus), Dei gratia, Lobiensis abbas, Anthoniensis ecclesie patronus, dilectis in Domino J (ohanni), eadem gratia, Sancti Nicholai de Tornaco abbati, et capitulo in perpetuum. Mutationem terre quam vos et dilectus noster Theobaldus, Anthoniensis ecclesie decanus, vicinitatis et utilitatis mutue causa, de assensu capituli utriusque vestrum fecistis, ratam habemus et sigilli nostri appensione munimus. Actum anno Domini millesimo centesimo nonagesimo.

Rouge livre, fol. 64, verso.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Mutatione undecim jornariorum apud Bocegnies.*

N° 56.

(AN 1167-1191).

Charte concernant l'alleu de Gaurain que possédait le monastère de Saint-Nicolas-des-Prés.

Dilectissimis in Christo dominis et patribus, L... abbati Sancti Gisleni et ejusdem ecclesie conventui, nec non et O.., abbati Altimontis, frater P.., dictus abbas Ignacensis in Domino salutem. Fratres de Sancto Nicholao miserunt ad nos fratrem Theoderitum conversum, querentes testimonium a Domino Ogerico quondam abbate Sancti Gisleni de quadam terra quam ipsi per manum ipsius ab eadem ecclesia sub pretio triginta librarum olim acceperant. Qui a nobis sub multa obtestatione conventus, ne multis morer, testificatur cartam illam quam ecclesia Sancti Nicholai pro munimento ab ecclesia Sancti Gisleni olim accepit et adhuc retinet, legitimam esse, et assensu suo atque capituli ejusdem ecclesie, qui tunc aderat, sigillo ipsius ecclesie fuisse communitam. Addit preterea triginta libras quas pro ipsa terra a predictis fratribus acceperat se pro alia terra dedisse, scilicet viginti libras pro terra Ludovici Majoris que dicitur de Hornu. Addens insuper tam de bonis ecclesie sue, quod usque ad viginti marcas hec summa pervenerit. Alias vero decem libras dedit pro terra de Resbais. Que cum ita sint rogamus dilectionem vestram et exhortamur in Domino ne innocentes fratres injuste fatigare velitis. Neque enim decet religionem vestram ea que bene et legitime facta sunt in irritum velle reducere maxime cum jam dicta ecclesia Sancti Gisleni in hoc facto nichil perdiderit. Val e t e

Rouge livre, fol. 86, recto.

N° 57.

(AN 1181-1191.)

L'abbé de Cysoing atteste que l'abbé de Saint-Nicolas-des-Prés a remis les dix livres d'argent déposées entre ses mains par Vivianus Togularius.

Ego S.., (1) Dei miseratione Sancti Calixti Cysoniensis dictus abbas et totus ejusdem ecclesie conventus notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod abbas ecclesie sancti Nicholai de pratis super decem libris alborum quas Vivianus Togularius penes eum deposuisse dinoscitur, qui se et sua olim nobis contulerat, nobis ex integro satisfecit. Eapropter si quis in posterum eandem ecclesiam super jam dicto deposito inquietare temptaverit, nos eam ab eadem inquietatione liberam et immunem conservare tenemur.

Rouge livre, fol. 195, verso.

---

(1) On trouve, à la fin du XIIe siècle, deux abbés de Cysoing ayant un S pour initiale de leur nom : Samuel, qui succéda à Anselme en 1181, et mourut le 1er mars de l'année suivante; Simon, successeur du précédent, décédé en 1191. V. Gallia Christ. tome III, col. 288.

N° 58.

(VERS 1181-1191).

Everard Radou confirme la donation de cinq quartiers de terre, situés à Calonne, faite par son homme lige, Guillaume Desprets, à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. (1).

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Everardus Radolf presentibus et posteris in perpetuum. Noverit universitas vestra quod Willelmus de Pratis lege feodali homo meus, in ecclesia Sancti Nicolai de Pratis, cum uxore sua Mainsende ad conversionem se reddens, inter alia beneficia sua, quinque quartarios terre, juxta Calonam, in latere Tornacum respiciente, eidem ecclesie, assensu predicte uxoris sue, in elemosinam dedit. De qua elemosina, quia heres Willelmus contendebat quod legitime facta non erat, quasi de feodo meo esset et in eum descendere deberet, coram me sepius disceptatum est, tandemque hominum meorum judicio legitima et stabilis indicata, scripto sigilloque meo et hominum meorum testimonio prefate ecclesie est adjudicata. S. Everardi Radol, Everardi de Vinea, Mathei de Hera, Wicardi de Felch, Gerardi de Moschin, Balduini de Ham, Gossuini de Orcha, Galteri de Vinea.

Rouge livre, fol. 130, verso.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *Privilegium Everardi Radoul de cincq quartiers de tières.*

N° 59.

(AN 1194).

Hugues, seigneur d'Antoing, rend libres de toute exaction les biens que le monastère de Saint-Nicolas-des-Prés possède à Wasmes. (1).

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Notum sit universis Christianis fidelibus tam modernis quam et posteris quia ego Hugo, Dominus Anthoniensis, possessiones quascumque ecclesia beati Nicholai in pratis, juxta Tornacum sita, in ditione nostra apud Wamies optinet, seu quas pretio sibi adpretiata est, seu quas pia ei christiana devotio titulo elemosine in perpetuum possidendas erogavit, tametsi apud Laicos predecessores et possessores generali taillia fundi tenerentur obligate, presertim viri religiosi in possessionibus suis illibate gaudeant prerogativa libertatis, eas, divini amoris intuitu et Agnetis uxoris mee interventu et assensu, ab omni jugo exactionis et tailliarum violentia excussi et emancipavi. Et ut hec nostre benignitatis largitio successioni mee et posteris universis rata habeatur et memorialis existat, presentis scripti munimine et sigilli mei appositione et testium subscriptorum adnotatione confirmavi. S. Domini Hugonis. S. Domine Agnetis. S. Balduini de Han, Warini, Egidii, duorum fratrum de Bruella, Hugonis de Veteri Condato, militum. S. Nicholai, Johannis, majoris, Arnulphi, predicte potestatis feodatorum. S. Theobaldi

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Tenura de Wamiis.*

Decani. S. Roberti capellani. S. Leonii. S. Gilleberti, Radulphi, Gonteri, Nicholai, canonicorum. S. Johannis, Nicholai, Willelmi, diaconorum. S. Floconis, Johannis, Galtheri, laicorum. Actum anno Verbi incarnati millesimo centesimo nonagesimo quarto, indictione undecima, epacta vigesima sexta, concurrente quinto.

Rouge livre, fol. 54, recto.

N° 60.

(AN 1195.)

Baudouin, comte de Flandre, prend sous sa protection l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Balduinus, Dei gratia, Flandrie comes, tam futuris quam presentibus universis in perpetuum. Cum per dies singulos, excrescente in majus malitia, ad invertendum jus et equum universa fere cordis humani laboret intentio, et jam nulla vel rara sit inter filios hujus seculi veritatis ac fidei ad invicem conservatio, cunctis sane terreni principatus apice prestantibus, quibus ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis, ordinatum est a Domino ferre gladium, contra tanti insolentiam mali imperiosa est auctoritate occurrendum, ne omnino tollantur de medio justitia et equitas, si quantumlibet malignandi habuerit pervicax iniquitas. Proinde cum eisdem principibus summa sollicitudine et vigilantia satagendum sit, ut quiete et pacate quecumque sub ipsis posita sunt se habeant, et tam minoribus quam majoribus, absque molestia et perturbatione, sua semper jura permaneant, precipue tamen et super omnia eis incumbit sanctam Dei ecclesiam cujus ipsi gladium portant, eosque qui pro universo populo Dei, die noctuque in ea Deo famulantur et supplicant, indefessa custodia protegere et tueri, ne ab aliquo, quacumque ex causa, inquietari valeant, sed tanto intentius quanto pacatius divine servitutis

officio cui mancipati sunt insistant. Quapropter ecclesiam Sancti Nicholai sitam extra Tornacum in pratis, cujus dudum et antecessores meos tutores et advocatos fuisse cognovi, mea quoque tutela et protectione suscepi. Decernens utique et mandans ne quis eam undecumque calumpnias nectendo infestare, neve de iis que usque in hodiernam diem et deinceps, quoquo titulo rationabili dumtaxat et justo possederit, presumat aliquid usurpare. Quamobrem in perpetuam possessionem confirmo ecclesie eidem omnes terras quas hactenus habuit vel postmodum habebit circumquaque Tornacum : terram maxime quam dedit Galterus advocatus; terram apud Huberti locum; terram et decimam et hospites apud Landast; terram quam dedit Allardus Despelchin; allodium et terram censualem apud Castrecin; octodecim raserias frumenti apud Temploive pro undecim bonariis terre; duos modios frumenti apud Rosbais pro quadam terra; possessiones de Bouchegnies in terris, in pratis et nemoribus; apud Pierrewecs undecim bonarios terre et quartarium et fossionem in turbaria quantum usibus curie de Bouchenies necesse fuerit, quod Balduinus de Pierrewcez, per manum Hugonis de Antoin de cujus jure pendebat, in elemosinam concessit; terram de Galrain et de Vals tam cultam quam incultam; nemusque et prata ad curtem de Lambrechies pertinentia; terram quoque cum pratis et nemore apud Rosteleu. Hec igitur et quecumque alia vel ante hoc tempus vel in omne reliqum ad prefatam ecclesiam spectantia in omni quo se mee dominationis potestas extenderit loco, in mea custodia et protectione suscipio et per presentem paginam sigilli mei impressione signatam rata ei manere precipio et confirmo, sub eorum qui subscripti sunt aliorumque multorum presentia et testimonio. Signum Marie comitisse, uxoris mee, filie Henrici comitis Trecensis. S. Petri de Duaco. S. Gisleni castellani

de Bellomonte. S. Hugonis de Sancto Autberto. S. Willelmi de Poteles. S. Balduini Destrepi. S. Allardi filii ejus. S. Stephani Bardel. Actum anno Domini millesimo centesimo nonagesimo quinto, mense septembri, et datum Tornaci.

Rouge livre, fol. 27, verso.

N° 61.

(AN 1164-1196.)

Daniel, abbé de Cambron, atteste que son prédécesseur Gérard a donné à l'hôpital de Saint-Nicolas-des-Prés, pour en jouir librement, l'alleu que Gérard dit le Bélier possédait à Fontenoy. Il déclare en outre que Gérard Bechefier et sa sœur Oda ont cédé au même hôpital l'alleu qu'ils avaient aussi à Fontenoy. (1).

Ego Danihel dictus abbas de Camberone notum fieri volo omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus quod Gerardus dictus Aries quidquid allodii in villa que Fontenoes dicitur habebat domino Fastredo abbati et domui Camerocensi in elemosinam legitime contradidit. Evoluto vero aliquantulo temporis spatio dominus Gerardus abbas, qui post prefatum abbatem Fastredum commemoratam domum Camberonensem tunc regebat, superdictam quantitatem allodii, sicut quiete et sine ullius reclamatione possederat, Hospitali sancti Nicholai ad prata et ejus dispensatori fratri Theoderico tum in elemosina, tum in venditione perpetua possidendam donavit. Testificamus nichilominus quod Gerardus Bechefier et Oda soror ejus cum filio suo Balduino quicquid aliodii in eadem villa Fontenoes videlicet habe-

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Alodio Gerardi Arietis.*

bant, mediante tam prelibato abbate Gerardo quam fratre Fastredo, cellerario de Camberone, predicto hospitali et fratri Theoderico, ejus procuratori, titulo venditionis et elemosine perpetuo libere possidendum legitime donaverunt. Horum autem omnium testes sunt prefatus Gerardus tunc Camberonensis abbas, Fastredus cellerarius, frater Mufridus, Anselmus decanus et frater ejus Walterus, Godinus sacerdos de Cirva, Walterus de Fasenneis, Stephanus de Arbria.

Rouge livre, fol. 116, verso.

N° 62.

(AN 1198).

Accord entre les religieux de Saint-Nicolas-des-Prés et le seigneur de Briffœul, au sujet d'une terre de cinq bonniers et demi, sise à Wasmes, et que chaque partie revendiquait. (1).

J (oannes) abbas de Falempin, G (ossuinus) archidiaconus Tornacensis, omnibus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Universitati vestre notum facimus quod cum ecclesia sancti Nicholai de pratis, Tornaci, quamdam terram, circiter quinque bonarios et dimidium modicum plus aut minus, de domino Galtero de Treschin, partim censu interposito, partim redditu denominato et partim terragio tenere nosceretur, super relevatione ejusdem terre inter predictam ecclesiam et eundem dominum G (alterum) nonnunquam quevis altercatio exorta est, cum abbates ipsius ecclesie mori contingeret vel absolvi. Volebat enim prefatus dominus G (alterus) quod terra illa, tam pro censu quam pro redditu, quam etiam pro terragio ad libitum suum relevaretur. Nos ab utraque parte inter ipsos electi compositores litem istam sopivimus et terminavimus in hunc modum. In decessu vel absolutione abbatum illius ecclesie abbas succedens persolvet domino Galtero vel ejus successori triginta solidos Tornacensis monete, quorum summe nec dominus aliquid in posterum poterit superad-

---

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *De Terra G. de Treschin.* — Gueluy, fol. 116.

dere, nec abbas vel ecclesia illam in aliquo minuere, sed quotienscumque de prefata terra tenebitur relevationem persolvere. Si triginta solidos domino persolverit adversus eum in omnibus quantum ad relevationem terre illius attinet sese plenarie quitaverit et perfecte. Addidimus etiam quod pater et mater predicti G (alteri) et ipse dominus G (alterus) et uxor ejus anniversariorum suorum perpetuam in ipsa ecclesia habebunt celebrationem. Hanc compositionem factam a nobis secundum quod melius decernere et ordinare potuimus, tam ecclesia quam dominus G (alterus) firmiter concesserunt, et se illam ratam habituros et de cetero servaturos dominus Nicholaus, qui tunc erat abbas, in verbo veritatis et sepedictus dominus G (alterus), fide interposita, pepigerunt. Hi autem sunt testes qui interfuerunt. Balduinus cantor, Galterus capellanus, Gossuinus archidiaconus Tornacensis. Canonici Sancti Nicholai, Johannes sacerdos, Gossuinus de Aldenardo. Milites, Galterus de Durmes, Alardus de Fraisnoit. Johannes scabinus de Staflers. Actum Tornaci anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo octavo.

Rouge livre, fol. 119, verso.

N° 63.

(AN 1198).

L'abbé de Los, près de Lille, remet aux moines de Saint-Nicolas-des-Prés une rente de 12 deniers due sur les terres de Rosteleu, à Obigies. Il ratifie l'échange des terres et des bois fait entre les religieux de Saint-Nicolas et ceux de Los, qui habitaient la ferme du Jardin. (1)

Universis ad quos iste littere pervenerint Frater Simon dictus abbas et conventus de Laude salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus quod commutationes terrarum vel nemorum quas cum abbate et canonicis Sancti Nicholai Tornacensis fecerunt fratres nostri de Gardino (2) in territorio de Rosteleu ratas habemus, sopitis calumpniis quas adversus eos moverant predicti fratres nostri de Gardino, tam in silvis quam in terris. Redditum quoque duodecim denariorum quem debebant nobis annuatim condonavimus. Actum anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo octavo.

Rouge livre, fol. 126, verso.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De commutatione terrarum et nemorum apud Rosteleu.*

(2) Labbaye (de Los) avoit auceuns religieux demourans audict vilaige (d'Obigies) lesquels se disoient fratres de Guardino du nom de la cense qu'ils occupoient. Gueluy, fol. 105.

N° 64.

(AN 1198).

Les Prévôts, Échevins, etc. de Tournay promettent aux religieux de Saint-Nicolas-des-Prés qu'ils n'exigeront rien d'eux par violence, sous prétexte de taille ou autrement. Ils font cette promesse en reconnaissance d'un don considérable d'argent à eux fait par ces religieux. (1).

Universis in Christo fidelibus ad quos littere presentes pervenerint Prepositi, Jurati, Scabini et electores tum reliqui Tornacensium, communia in perpetuum. Cum vir nobilis Balduinus, Flandrensis et Hainonie comes, occasione guerre que inter ipsum et Illustrem Dominum nostrum Philippum, regem Francie, habebatur, urbem Tornacensem obsedisset, tandem, cooperante gratia Dei, non sine multo labore et difficultate maxima, cum eo ita convenimus in pacem, quod receptis a nobis quatuor mille marcis (2), Flandrensis monete, firmas treugas et firmam pacem nobis

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Tornaco.*

(2) Nous cognoissons encors d'icy la valeur et rareté très-grande de l'argent, puisques ceste ville se trouve et confesse insuffisante de payer quatre milles marcs ou florins selon qu'avons compare et appretie cy de chaque marc anchienne a vn florin de ce tamps, mais afin que vous touchiez au doigt la grande valeur dvne marc en ce tamps la, nous le montrerons par auceunes denrées vailables vne marc, puis nous en ferons la comparaisons aux mêmes denrées selon quelles sont apprétiés et vendues de ce tamps cy. Nous avons dict et prouvé que l'an 1198 (où

tenere spopondit, donec firma pax de incepta guerra omnino reformata esset inter ipsum et Dominum Regem. Et quoniam grave visum fuit nobis tantam summam pecunie, pro communi omnium civium acquisita pace, exsolvere sine subsidio omnium, capitulo beati Nicholai de pratis amicabiliter supplicavimus, ut nobis, ad levamen tanti debiti, de suis facultatibus, intuitu caritatis, subvenirent. Qui nostris postulationibus prompta facilitate annuentes, ita nobis de suo habundanter subvenerunt, ut eis semper proinde nos teneri fateamur ad grates. Ne igitur unde gratiam meruerunt dignissime et favorem inde futuris temporibus libertatis ecclesie offuscetur titulus, aut juri suo prejudicium aliquod generetur, presentium significatione profitemur et ad notitiam volumus pervenire futurorum, ut quod nobis de mera liberalitate et omnino gratis contulerunt ab omnis taillie seu exactionis specie qualibet prorsus judicamus alienum. Et quoniam occasione tailliarum et exactionum quas aliquando ab eis voluimus extorquere, grandis inter nos et ipsos nonnunquam altercatio fuit, ne forte aliquando eis imponatur quod unquam aliquid nomine taillie, occasione

---

nous sommes maintenant selon notre histoire) vne rasière tournisienne de froument ne vauloit que 5 sols, dont vne marc estoit le prix de 8 Rasiers de froument, par ainsy quatre milles marc estoient la valeure et prix de 32 mille rasières de froument, car 8 fois 4 sont 32, partant les quatre milles marcs ou le prix de 32 milles rasières de froument, selon que se vend médiocrement en ce tamps cy (metons la rasière a dix liures) monteront a la somme de cent soixante mille florins, car les milles rasières à dix liures font dix mille liures ou 5 milles florins, puis multipliez ainsy les 32 milles rasières vous viendrez à la somme de cent soixant mille florins. Voyez comment le marc appretie et esvalue pour vn florin du tamps passé à combien elle reuient au temps présent. Ce n'est donc point sans rayson sy la ville cherce assistence pour furnir vne telle somme d'argent. » GUELUY, fol. 132.

qualibet, nobis impenderint, presentem paginam sub notatione prepositorum, juratorum, scabinorum et electorum in hoc consentientium et sigillo communie nostre munitam ipsis fecimus conscribi, per quod fideliter eis promittimus, quod occasione vel exemplo hujus elemosine ad consequentiam non trahemus ut aliquid ab eis nomine taillie vel petitionis violentia qualibet in posterum requiramus, (1) eo tempore existentibus prepositis, juratis, scabinis et electoribus communie Tornacensis quorum nomina subscripta sunt. S. Gerardi Capiel et Johannis Rasoir prepositorum. S. Everardi de Vinea. Johannis Gormin, Walteri de Camfaing, Letberti le Capon, Terrici Wambe, Johannis le Godelent, Henrioli del Casteler, Blancardi de Sancto Martino, Petri fol visage, Johannis Sckebuede, Henrici Morghet, Walteri Rufi, Stephani Watelet, Gonteri Catine, Johannis Canis, Terrici de Wavrin, Gossuini clerici, Lamberti Bissole, Henrici Pancedeboc, Johannis Wise, Henrici Suret, Radulfi de Viler, Deiamici de Brules, Everardi de Atrio, Fulberti le Justicie,

---

(1) « De ceste lettre et promesse je concluroye que la ville auroit renonces enuers nous a touts sortes de taillés ou exactions, scavoir sy imposts ou maltotes seroient comprins soubs le nom et espece de tailles ou exactions; cela est matière de droict; sy estre pour dir mon opinion, l'impost de bierre ou de vin est une vraie exaction, par tant sensuiroit que la ville nous auroit déclares lors libres de touts imposts ; de dire que nous en sommes libres demourans à S. Nicolas et non demourans à S. Medard ou dans la ville, cela nest que cauillation, car ce nat pas esté le lieu quil at faict ledict empreunt gratuit, ains les religieux, dont la susdicte grace et immunité nest point locale mais personelle et donnee aux religieux, non au lieu ou à leur demeure, partant nous deburions jouir de la susdite immunité quasi gratuitement donnee tant et si loing tamps que serons habitans sur Tournesis en ce quil touche le droit et pouoir de la ville, comme sont imposts et autres semblables exactions. » Gueluy, ib.

Goremari le Blanc, Willelmi le Sauvage, Johannis de Condato, juratorum. S. Gommari de Barra, Gossuini Crespiel, Wicardi de Waudripont, Henrici de Orcha, Dirini de Sancto Piato, Gossuini Flamingi, Egidii Regon, Letberti de Sancto Petro, Arnulphi le Fort, Gonteri le Bure, Thome Maugi, Walteri de Clavet camp, Balduini Fabri, Stephani Moderlin, scabinorum. S. Gossuini scabini, Henrici Wambe, Willelmi Cordewan, Gerulphi Lopart, Johannis Gernon, Éverardi del Casteler, Walteri de Vinea, Gossuini Bucau, Guidonis de Vallencenis, Letberti Strabonis, Walteri Fabri, Elbaudi de Vinea, Walteri le Fol, Nicholai Caudron, Gerardi Flamingi, Gossuini Lecebroce, Gossuini Audent, Henrici Tacet, Everardi piet de lievre, Walteri Gallet, Everardi de Baisiu, Gerrici le Justice, Walteri Boroete, Michelis de Porta, Amandi le justicie, Gerardi Lesquirnel, Terrici le Cambier, Petri le Cat, Egidii Bokekort, Walteri le Tendeur, electorum. Actum Tornaci anno Incarnati Verbi millesimo centesimo nonagesimo octavo, mense martio, Regnante gloriosissimo rege Philippo secundo.

Rouge livre, fol. 121, recto.

N° 65.

(AN 1198).

Charte qui confirme le monastère de Saint-Nicolas-des-Prés dans la possession de son alleu de Gaurain. (1).

Reverendissimo Domino suo P (etro), Dei gratia Cameracensi electo, et omnibus ad quos littere iste pervenerint Anselmus de Avesnes salutem. Notum sit vobis quod quidquid Gossuinus, frater meus, suum esse dicebat in allodio de Galrenio, quod Manasses ecclesie sancti Gisleni in elemosinam dedit, hominum nostrorum judicio, prepositi scilicet de Avesnes, Rogeri Delploich, et aliorum multorum, in presentia M.., conjugis nostre, ei abjudicatum est, quod ego Anselmus, Tornacensis advocatus, ex parte Gossuini, qui aliquid sibi juris in predicto allodio vendicare nititur et ecclesiam beati Nicholai de pratis, ad quam idem allodium ab ecclesia Sancti Gisleni jam a multis annis legitime translatum est, super hoc infestare molitur, injustum omnino judicamus et eum nihil juris in eo habere confirmamus.

Rouge livre, fol. 85, verso.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Allodio de Gauraing.*

Nº 66.

(VERS 1198).

Cécile de Blandain donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés trois quartiers de terres labourables, situées à Afflières, à la charge de célébrer son anniversaire. (1).

Notum sit Scabinis quod Cecilia de Blandengd edit ecclesie Sancti Nicholai post decessum suum ad celebrandum anniversarium suum tres quartarios terre arabilis in sarto de Daffliers. (2) Actum coram scabinis Gommaro de Barra (3) et Galtero de Platea. Recognitum coram scabinis Dirino de Sancto Piato, Wicardo Waudripont, Ferano, Egidio et Gerulfo de Canfaing.

Rouge livre, fol. 219, verso.

---

(1) Ce document est intitulé : *De terra apud Dafflières.*

(2) On metz ces 3 quartiers comme coynus, ou ils soient, dit Gueluy, à cela je doubteroye sils ne seroient point sur l'Euesché de Cambraye dautant que je trouve es annales des Pays-Bas, par Gazet, fol. 85, quil y at vne priorée dependante de l'abbaye de Liessies, nommée de S. Michel en Sart. Gueluy, fol. 112, ou bien près du Sauchoit, ib.

(3) Il na point de datte à la lettre, dit Gueluy, mais je le collige comme desus dautant que le contract sest passé pardeuant escheuins y soubscrips desquels les trois sont escripts au nombre des Escheuins lan 1198, appert par nostre Rouge liure, fol. 66, litt. 9 (notre cart. nº 64). Gueluy, fol. 112.

N° 67.

(VERS 1198).

Gossuin Crespiaus donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés 76 sols de rente sur deux maisons, à charge de célébrer son anniversaire et celui de son épouse. (1).

Presentibus et futuris a modo notum habeatur. Gossuinus Crespiaus adhuc vivens hunc redditum quem subscripturi sumus, pro celebratione anniversarii sui et uxoris sue, ecclesie Sancti Nicholai de pratis post decessum suum constituit possidendum, et hoc in presentia Galteri de Platea et Gommaride Barra, scabinorum. (2) Alendis uxor Radulfi fullonis debet pro duabus domibus, in festo Sancti Remigii, unum denarium pro censu, in die Sancti Dyonisii, viginti duos solidos, in die Natalis, viginti duos solidos et unum denarium, in die Pasche, viginti duos solidos et unum denarium, in die Sancti Johannis Baptiste, viginti duos solidos et unum denarium. De hoc redditu ecclesia Sancti Nicholai

(1) Ce document est intitulé : *De Gossuino Crespiel.*

(2) Selon Gueluy, cette donation eut lieu vers 1198. « Je collige ce datte susdicte d'vn des testmoings et juges, escheuins, pardevant lesquels le contract sest passé, à sçavoir, Gommare de Barra, lequel estoit escheuins lan 1198, comme appert par vne lettre de nostre Rouge livre, fol. 66, litt. 9. (notre cart. n. 64) ou le susdict est compté et escript au nombre des escheuins de Tournay. GUELUY, fol. 111.

redditura erit ecclesie Sancti Martini sex solidos, in die Natalis, et sex solidos, in die Pasche, et Gossuino Sconet duos denarios, in festo Sancti Remigii, et duos denarios, in die Nativitatis. Recognitum coram Scabinis Galtero de Platea, Gommaro de Barra, Gilione de Salines, Gontero Catine.

Rouge livre, fol. 234, recto.

N° 68.

(AN 1199).

Les abbés de Phalempin et de Cysoing déclarent que le monastère de Saint-Nicolas-des-Prés possède légitimement deux bonniers et demi de terre que lui réclamait Nicolas, chevalier de l'Aulnoit. (1).

Ego Johannes, Dei gratia, abbas de Falempin, et frater M (arcellus), servus humilis sancti Calixti Cysoniensis, omnibus ad quos littere iste pervenerint notum facimus, quod cum et delegatione Domini Willelmi, Remensis archiepiscopi, sancte Romane ecclesie titulo sancte Sabine cardinalis, cognitores essemus cause que vertebatur inter ecclesiam sancti Nicholai de Tornaco in pratis et Nicholaum, militem de Alneto, super quadam terra, duobus scilicet bonariis ac dimidio paulo plus vel minus, quam terram idem Nicholaus ab abbate et canonicis ejusdem ecclesie jure hereditatis petebat, et ecclesia prescriptionem quinquaginta annorum proponebat, auditis hinc inde allegationibus, receptis testibus, attestationibus publicatis, predicto Nicholao in ecclesie testes vel eorum testimonia nil objiciente vel dicente, consilio prudentium virorum et venerabilium personarum et capituli beate Marie Tornacensis, auctoritate predicti Domini Remensis nobis commissa, per sententiam pronunciavi-

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Terra Nicholai de Alneto.*

mus predictam terram, jure prescriptionis opposite et probate nec aliquando interrupte, sancti Nicholai in pratis esse et eundem Nicholaum in ipsa terra nichil juris habuisse aliquando vel habere, ipsi eadem auctoritate super hoc perpetuum silentium imponentes. Prolata sententia ista idem N (icholaus) penitentia ductus coram nobis et omnibus qui aderant publice professus est sese predictam ecclesiam super eadem terra injuste vexasse, nichil in ea unquam juris habuisse vel habere et super hoc eodem delicto suo ab abbate et canonicis humiliter veniam postulavit; hoc ipsum etiam in parochia sua coram parochianis recognovit. Ut autem hec sententia nostra tanta auctoritate tantoque consilio lata perpetuam obtineat firmitatem, et ne ecclesia super hoc de cetero molestetur, idipsum presenti cartula conscribi et sigillis nostris fecimus consignari eorum qui interfuerunt nomina subnotantes. Dominus Johannes abbas de Brugis, Dominus Frumaldus abbas de Sonebeccha, Dominus Gossuinus archidiaconus, Johannes cantor, Henricus hospitalarius, Magister Winomarus, Johannes de Montibus, Simon de Obert, Walterus de Atrio, Matheus de Sancto Piato, Balduinus de Wasia, Balduinus cantor, Nicholaus presbiter de Herea, Nicholaus miles d'Esplechin. Actum Tornaci in domo Episcopi, anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo nono, quarto nonas Aprilis.

Rouge livre, fol. 146, recto.

N° 69.

(VERS 1200).

Gérard Capiaus et son épouse Dedala donnent à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés tout ce qu'ils possèdent aux environs de Warchin, à charge de célébrer leur anniversaire. (1).

Notum sit scabinis quod Gerardus Capiaus et Dedala uxor ejus dederunt ecclesie Sancti Nicholai de pratis in elemosinam pro celebrandis anniversariis suis post decessum ipsius Dedale quicquid possidebant (2) circa Warcin, tam in pratis quam in terra arabili, excepto quartario terre arabilis, qui in usus inclusi de Warcin jure perpetuo convertetur. Actum coram scabinis Wicardo le Cauforaier, Waltero le Tiulier, Evrardo le Pescheur. Recognitum coram scabinis Johanne le Borgne, Clemente Abraham.

Ad hec sciendum est quod quotiens locus de Warcin sine incluso fuerit, scabini ejusdem loci predictum quartarium terre arari facient et fructus ejus custodient ad usus ecclesie de Warcin.

Rouge livre, fol. 216, recto.

---

(1) Ce document est intitulé : *De Gerardo Capiel.*

(2) « Cette maniere de donner tout ce qu'on possede en quelque lieu selon mon jugement et opinion emporte un don notable. »

GUELUY, fol. 112.

N° 70.

(VERS 1200.)

Evrard de Saint-Médard déclare que la maison qu'il habite et son courtil doivent revenir, après sa mort, au monastère de Saint-Nicolas-des Prés. (1).

Notum sit scabinis quod Evrardus de Sancto Medardo cognovit coram scabinis Gommaro de Barra (2) et Dirino de Sancto Piato et Ferano quod curtile et domus in qua manet, post decessum suum, ecclesie sancti Nicholai de pratis hereditario jure cedere debent, nec aliquo modo ab eadem ecclesia alienare potest. Ad quorum recordationem ceteri scabini affuerunt, scilicet Galterus de Platea et Wicardus de Wauldripont (3), Egidius, Gerulfus de Canfaing.

Rouge livre, fol. 220, recto.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Everardo de Sancto Medardo.*

(2) Gommaire de Barra était échevin de Tournay en 1198. Voir notre cartulaire n° 64.

(3) Gueluy croit que Wicard de Watripont était parent de l'abbé Jean de Watripont.

N° 71.

(VERS 1200.)

Jean de Salines donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés 105 sols 24 deniers, 6 chapons et une rasière d'avoine annuellement, à charge de célébrer trois anniversaires, le sien, celui de son père et de sa mère, et celui de son frère Walter. (1).

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus quod Johannes de Salins (2) profecturus Hispaniam ad sanctum Jacobum assignavit ecclesie Sancti Nichbolai de pratis quadraginta solidos annui redditus,

(1) Ce document est intitulé : *De Johanne de Salins.*

(2) Je remarque icy, que cestuy cy Jean de Salines n'est pas le mesme qui est rapporté en nostre anchien manuscript qui estoit frère a Thomas de Salines et fils de Ogiua leur mère comme elle a déclaré dautant que ce présent Jean de Salines appelle es susdictes lettres sa mère non point Ogiua, mais Berta et son père Galter et son frère Walter ; puis aussy ce n'est pas le mesme duquel faict mention M. Cousin l. 4, c. 9, fol. 49, dautant que ce Jehan de Salines estoit marié ayant fille nomée Gilla, mais ce Jean de Salines fondateur des susdicts anniversairs napere point dauoir esté marié car il feroit mémoire esdictes lettres de sa feme aussy bien quil at le soing de sa nièpce Agnes laquelle s'est rendue peu après religieuse en nostre hospital comme appert par nostre obituair le 8 de Marts ; dont le Jehan de Salines mentionés au liure de M. Cousin poudroit plus tôt estre frere a Thomas de Salines, chanoine de Tournay et cestuy cy leur cousin. — Gueluy fol. 112.

quos pater ejus Galterus et mater ejus Berta pro anniversariorum suorum celebratione eidem contulerant ecclesie. Assignavit et eidem ecclesie sexaginta solidos alios : viginti pro anniversarii sui celebratione, et viginti pro fratris sui Walteri anniversarii celebratione, et viginti pro anniversariorum predictorum patris et matris et fratris melioratione. Verumtamen hos viginti solidos Agnes, neptis ipsius Johannis, quia sic disposuit, recipiet et quamdiu vixerit in proprios usus illos transferet; ipsa vero decedente, in disposita transponentur melioratione. Hos centum solidos in perpetuum annis quibuscumque, nisi isdem Johannes mutaverit, procurator cellerarii ecclesie sancte Marie prelibate ecclesie Sancti Nicholai tenebitur persolvere, hoc interposito, quod si moneta tornacensis majoris pretii in posterum fieri contigerit juxta partium parnorum portio ecclesie attitulata distribuetur ei. Ipsam vero juxta portionis sue quantitatem in labore et opere molendini, de cujus emolumento quantitas illa sibi provenit, partem conditione denominata ponere curabit. Melioravit etiam sepedictus Johannes anniversarium suum quinque solidis et duobus caponibus redditualibus quos solvit annis singulis domus et curtile Willelmi Biteron. Dedit quinimmo ecclesie unam raseriam avene, duodecim denarios et duos capones annui redditus, quos debet et solvit in terminis suis ortus Johannis de Ries, qui ex opposito domus ejus est. Redditum hunc ecclesie sancti Nicholai custos recipiet et duos cereos ex illo componet quibus missa que in ejus anniversario celebrabitur, solemnizabitur et ea celebrata majus altare venerabitur. Superaddidit igitur cereorum meliorationi duodecim denarios et duos capones quos ei debet Helde Balduini filii havidis. Actum et recognitum coram scabinis.

Rouge livre, fol. 222, recto.

N° 72.

(VERS 1203).

Jean, abbé de Saint-Nicolas-des-Prés, jure obéissance au général de la Congrégation d'Arrouaise.

Johannes, Dei gratia, abbas Sancti Nicholai Tornacensis, ejusdemque ecclesie conventus, omnibus ad quos presentis pagine notitia pervenerit salutem et orationum suffragia. Universis hec legentibus vel audientibus notum facimus quod cum bone memorie Domnus Gerardus, ecclesie nostre quondam abbas de assensu Capituli sui, obtentu majoris religionis et consilii se ad societatem ordinis Arroasie transtulisset, tam ipsi quam successores eorum usque ad tempora nostra annualis capituli statuta generalia auctoritate Romanorum Pontificum confirmata, circatores etiam et alias ordinis observantias cum debita devotione susceperunt et fideliter observaverunt. Nos vero leviori spiritu ducti, abbati Arroasie et circatoribus ordinis ad nos ex more destinatis in quodam adventu suo debitam reverentiam non exhibuimus, unde inter nos et abbates ordinis discordie et dissensionis suscitavimus occasionem. Postmodum vero saniori quam prius acquiescentes consilio, de assensu Domini Gossuini, venerabilis tunc electi Tornacensis et ejusdem ecclesie capituli partes suas amicabiliter interponentium, in presentia Domini Roberti tunc abbatis Arroasie et quorumdam abbatum ordinis concessimus et sub assertione veritatis affirmavimus, nos in perpetuum observaturos generales ordinis observantias, sicut in aliis ordinis observatur ecclesiis, cum

eas intellexerimus, ut predictum est, a predecessoribus nostris tractu longissimi temporis observatas, injuncta nobis de transacta transgressione penitentia. In electione etiam nostra tenebimur duos abbates ordinis quos habere poterimus accersire, et de eorum consilio in ea secundum ordinis instituta procedere.

Histoire de l'abbaye d'Arrouaise, p. 430.

N° 73.

(AN 1205).

L'abbaye de Saint-Nicolas obtient du monastère de Saint-Martin sept bonniers de terres labourables au delà du Rieu (de Barges) pour sept autres bonniers situés à Wissempiere. (1)

In Nomine Domini. Amen. Joannes, Dei gratia, Sancti Martini Tornacensis, et Nevelo, Sancti Nicolai de pratis, abbates, omnibus ad quos littere iste pervenerint salutem in vero Salutari. Universitati vestre non incognitum esse volumus quod ecclesia Sancti Martini habebat in uno frusto, ultra fluvium de Ries, loco qui dicitur Maufroitpus, septem bonaria terre paulo plus minuve, et nihilominus ecclesia Sancti Nicolai de pratis habebat ex altera parte vie in quatuor frusta tantumdem terre et modice amplius, intra culturam de Dulsiopetra. De hac itaque terra ob utilitatem utriusque ecclesie factum est comcambium inter nos, et modicum illud quod supererat, commutatum est pro equipollente terra jacente secus spinam in cultura de Warnavia. Quod autem pro bono pacis, de conscientia et voluntate capitulorum nostrorum a nobis factum est, ne posterorum malitia ab aliquo infringi queat aut immutari, patentibus litteris sub chirographi divisione conscriptis muniri fecimus. Hoc ante omnia providentes, ut subscriptione testium utriusque eccle-

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De alternatione terre inter nos et Sanctum Martinum.*

sie roborentur et pars chirographi que unicuique manebit sigillo alterius ecclesie muniatur. Testes : Joannes abbas Sancti Martini Tornacensis, Nicolaus subprior, Gossuinus, Theodericus, Jacobus, Evrardus, Joannes, presbiteri Sancti Martini Tornacensis. Nevelo abbas Sancti Nicolai de pratis, Balduinus Prior, Johannes, Jacobus, Nicolaus, Egidius, Stephanus, Petrus, presbiteri et canonici Sancti Nicholai Tornacensis. Actum anno gratie millesimo ducentesimo quinto, septimo idus octobris.

Rouge livre, fol. 19, verso.

N° 74.

(AN 1203-1208).

L'évêque d'Arras et l'abbé de Mont-Saint-Éloi, délégués du Saint-Siége Apostolique, font connaître à l'évêque de Tournay, Gossuin, que le chapître de Notre-Dame assure n'avoir point provoqué l'excommunication lancée contre ceux qui fréquentaient l'église de Saint-Médard. Les délégués du Saint-Siége ordonnent à l'évêque Gossuin de faire publier dans les églises de Tournay, que cette excommunication est révoquée. (1).

Reverendo in Christo Patri et Domino G (ossuino), Dei gratia venerabili Tornacensi Episcopo, R (adulphus), divina permissione Atrebatensis ecclesie sacerdos humilis, et (Asso) de Monte Sancti Eligii abbas cum vera salute paratam ad obsequia voluntatem. Noverit Vestra Paternitas quod cum nuper ageret coram nobis dilectus abbas Sancti Nicholai contra capitulum Tornacense et contra presbiterum Sancti Piati, petens instanter ut auctoritate apostolica nobis commissa revocaretur sententia excommunicationis lata in omnes illos qui ad ecclesiam Sancti Medardi accederent, et reservarentur ei dampna que occasione illius sententie utpote minus juste sustinuerat. Tandem magister G.,

---

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *De Celebratione in Ecclesia Sancti Medardi.*

procurator pro predictis capitulo et presbitero constitutus, asseruit quod sententia illa excommunicationis neque a Capitulo, nec ad ejus instantiam vel conquestionem lata erat, quibus auditis, ipsam sententiam, de prudentum virorum consilio, auctoritate qua fungimur, quantum ad Capitulum duximus revocandam. Verum Vobis auctoritate Domini Pape mandamus, quatinus sententiam illam excommunicationis revocatam esse denuntiari publice per ecclesias Tornacenses faciatis, et cives quibus inhibitum fuerat ne ad jam dictam venirent ecclesiam, accedant ad eandem secundum Deum libere sicut prius. Hec autem statuimus quantum ad Capitulum pertinet sine prejudicio alieno. Reddidit litteras presentanti.

Rouge livre, fol. 203, recto.

N° 75.

(AN 1203-1208).

L'évêque d'Arras et l'abbé de Mont-Saint-Éloi ordonnent à l'évêque Gossuin d'excommunier ceux qui prétendent que l'excommunication lancée contre ceux qui fréquentent l'église de Saint-Médard, n'est point révoquée. Le curé de Saint-Piat est obligé de comparoir à Arras, au tribunal du légat.

Reverendo in Christo Patri ac Domino G (ossuino), Dei gratia Tornacensi Episcopo, R (adulphus), divina permissione Atrebatensis ecclesie sacerdos humilis, et A (sso) abbas de monte Sancti Eligii cum vera salute ad obsequia voluntatem. Licet sententiam excommunicationis quondam latam in eos qui ad ecclesiam Sancti Medardi Tornacensis accederent, auctoritate Apostolica duximus revocandam, utpote contra ordinem juris latam, quidam tamen eam non habent, sicut audivimus, revocatam, parochianis suis sub interminatione sacramentorum inhibentes ne accedant ad ecclesiam memoratam. Verum Vobis, ex auctoritate Domini Pape qua fungimur, mandamus et precipimus quatinus omnes illos qui hominibus presumpserint inhibere ne ad jam dictam accedant ecclesiam, excommunicari per Tornacenses ecclesias faciatis, et si quis specialiter se duxerit opponendum, ipsum publice nominatim excommunicari faciatis. Insuper Petrum, presbiterum de Sancto Piato, peremptorie citetis ut proxima tertia feria post Quasimodo in propria persona coram nobis sit Attrebati, abbati de Sancto Nicholao responsurus sub dampnis et injuriis illatis, nisi interim cum eo duxerit amicabiliter componendum. Reddidit litteras presentanti ne de presentibus in posterum dubitetur.

Rouge livre, fol. 204, recto.

N° 76.

(AN 1203-1208).

L'évêque d'Arras et l'abbé de Mont-Saint-Éloi, délégués du Saint-Siége apostolique, ordonnent aux abbés d'Hénin-Liétard et de Phalempin de publier à Tournay que l'excommunication lancée contre ceux qui fréquenteraient l'église de Saint-Médard est révoquée. (1)

R (adulphus), divina permissione Atrebatensis ecclesie sacerdos humilis, et A (sso), abbas de Monte-Sancti Eligii, venerabilibus viris et amicis suis in Christo Karissimis de Hinniaco et Falempino abbatibus salutem et sinceram in Domino caritatem. Cum auctoritate Domini Pape nobis commissa sententiam excommunicationis latam quondam in eos qui ad ecclesiam Sancti Medardi Tornacensis accederent, duximus revocandam, utpote contra ordinem juris latam, et domino Tornacensi auctoritate apostolica dedimus in mandatis, ut sententiam ipsam per Tornacenses ecclesias revocatam esse faceret nuntiari, et excommunicari omnes illos qui Christi fidelibus ut ad jam dictam accederent ecclesiam presumerent inhibere, et excommunicari nominatim eos qui se specialiter ducerent opponendos, quia per eundem Dominum Tornacensem mandatum nostrum immo Apostolicum

---

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge-livre : *De celebratione in Ecclesia S^ti-Medardi.*

nundum fuit, sicut audivimus, effectui mancipatum, Vobis, ea auctoritate Domini Pape qua fungimur, mandamus et in virtute obedientie quam Deo et Domino Pape debetis districte precipimus, quatenus apud Tornacum accedentes sententiam illam que lata fuit in eos qui ad ecclesiam Sancti Medardi accederent, revocatam esse auctoritate apostolica nuncietis, excommunicantes omnes illos qui Christi fidelibus presumpserint inhibere vel alias impedire, ne ad jam dictam ecclesiam accedant, et si quis specialiter se duxerit opponendum, ipsum nominatim publice excommunicationis sententia innodetis. Reddite litteras presentanti.

Rouge livre, fol. 135, recto.

N° 77.

(AN 1209.)

Le chapître d'Antoing donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés trois bonniers de terres labourables aux environs de Bouchegniss, en échange de deux autres bonniers de terres labourables situés à Fontenoy. (1).

Ego R(obertus), Dei miseratione abbas Sancti Petri Lobiensis, et totum ecclesie Antoniensis capitulum presentibus et futuris in perpetuum. Sciat universitas vestra quod ecclesia nostra Antoniensis contulit ecclesie Sancti Nicholai de pratis, excambitionis gratia, tres bonarios terre arabilis paulo plus minusve, quos habebat in territorio de Bouchegnies, in duobus frustis, quorum alterum dicitur ad Rubeam terram, alterum ad Fossam. Recepitque ab eadem ecclesia duos (2) bonarios terre arabilis in territorio de Fontenois, in duobus similiter frustis, quorum alterum vocatur in Bruleo, alterum in Vivario. Que videlicet excambitio ne confirmatione debita fraudaretur, presentis eam pagine representatione et sigillorum nostrorum appositione roborari curavimus. Actum anno Domini millesimo ducentesimo nono.

Rouge livre, fol. 54, verso.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Terra de Boucegnies et Fontenois.*

(2) Gueluy, fol. 141, dit que le chapître d'Antoing reçut en échange trois bonniers.

N° 78.

(AN 1209).

Sentence arbitrale de l'archidiacre de Tournay et du chanoine hôtelier au sujet de certaines dîmes de Bouchegnies que le chapître d'Antoing et le curé de Maubray contestaient à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. (1).

Th., archidiaconus, et Magister W (alterus) hospitalis, canonici Tornacenses, universis Christianis fidelibus salutem in omnium Salvatore. Universitati vestre notum facimus quod tum capitulum Antoniense et presbiter de Maubray abbati et capitulo Sancti Nicholai in pratis super decimis animalium que habebatidem abbas in curia de Boucegnies, sitam in Anthoniensis capituli personatu movissent sepius questionem. Tandem dictum Anthoniense capitulum et dictus presbiter necnon et abbas cum suo capitulo in nos et in dilectum concanonicum nostrum, magistrum W., scolasticum Tornacensem, causa studiorum absentem, et ad omnia negotia se sufficienter, antequam iter arriperet, excusantem, arbitrium cause que super decimis animalium predicte curie mota fuerat, contulerunt, pena decem librarum albarum interposita, compromittentes ut si quis eorum a nostro arbitrio resiliret, penam taxatam solveret adversario conferendam. Nos autem, causa pacis inter

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De decima bestiarum de Boucegnies.* — Voir notre cartulaire, n° 5, an 1131.

prefatas ecclesias reformande, onus arbitrii devote suscipientes, inspecto scripto autentico quod super decimis memorate curie abbas a capitulo Anthoniense confectum habebat, et examinatis testibus qui super hoc producti fuerant, et auditis de merito cause, et prudentium virorum consilio, pronunciavimus in hunc modum, ut scilicet de portione que ecclesiam Sancti Nicholai contingit ex omnibus animalibus nutritivis sive propriis et eorum proventibus, nullas ecclesia Sancti Nicholai ecclesie Antoniensi vel presbitero decimas solvere tenebitur, salva tamen Anthoniensis ecclesie antiqua pensione septem solidorum, quam ecclesia Sancti Nicholai pro illis decimis solvere debet, sicut in prememorato privilegio plenius continetur. In cujus autem rei signum et memoriam presentem paginam ecclesie Sancti Nicholai contulimus sigillis nostris munitam. Actum Tornaci anno Domini millesimo ducentesimo nono, mense februario.

Rouge livre, fol. 63, verso.

N° 79.

(AN 1203-1209.)

L'église de Bruyelles est séparée de celle d'Hollain. Hugues, abbé de Saint-Pierre, à Gand, notifie à l'abbé de Saint-Nicolas-des-Prés et à Jean, archidiacre de Tournay, juges délégués par le Saint-Siége, qu'il approuve cette séparation.

Viris venerabilibus, abbati Sancti Nicholai et J (oanni) (1), archidiacono Tornacensi, judicibus a Sede apostolica delegatis, H (ugo), ecclesie Sancti Petri Gandensis dictus abbas, salutem in Salutari. Divisionem ecclesie de Holain et ecclesie de Bruelle a vobis, auctoritate apostolica qua fungimini, et de assensu Willelmi clerici qui ipsas ecclesias per donationem nostram fuerat adeptus, factam, salvo jure nostro et ecclesie nostre, ratam habemus et presentis scripti testimonio approbamus.

Rouge livre, fol. 181, recto.

---

(1) L'archidiacre Jean avait remplacé Gossuin en 1203, lors de la promotion de celui-ci à l'épiscopat.

N° 80.

(AN 1212).

Les religieux de Saint-Nicolas-des-Prés cèdent à ceux de Saint-Martin, moyennant une rente annuelle de 14 livres, monnaie de Flandre, tous leurs droits sur deux moulins et bâtiments adjacents, situés sur le trieu devant Saint-Nicolas. (1).

In Nomine Sancte Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Joannes, Dei miseratione ecclesie Sancti Martini Tornacensis dictus abbas, et ejusdem loci conventus significamus presentibus et futuris presentem paginam inspecturis quod nos et successores nostri debemus annuatim ecclesie Sancti Nicolai de pratis juxta Tornacum quatuordecim libras, flandrensis monete, jure perpetuo, pro omnimoda portione que eandem ecclesiam contingebat in rivo de Ries, tam in molendinis quam in masuris ipsis adherentibus, et ceteris rebus omnibus ad jus molendinorum pertinentibus, que omnia abbas et fratres dicte ecclesie nobis ex integro remota ingenii pravitate, werpiverunt et perpetuo possidenda legitime contulerunt, coram venerabili Domino Gossuino, Tornacensi episcopo, et coram magistris Waltero de Marvis, Roberto de Hunecort, Hugone de Atrebato, Waltero hospitalario, Waltero de Stades, canonicis Tornacensibus. Nos quoque similiter coram memoratis episcopo et canoni-

(1) Titre du document dans le Rouge livre : *De XIIII livres Flandres deues par l'abbaye de Sainct-Martin*. V. Gueluy. fol. 140.

cis, obligavimus nos et nostra prefate Sancti Nicolai ecclesie ad prescriptam quatuordecim librarum annuam pensionem. Postmodum vero ad majorem firmitatem pars utraque hec omnia recognovit coram scabinis Tornacensibus, videlicet Gerardo Crokni, Waltero Sot:e, Balduino de Beure, Willelmo de Capuzeur, Gerulfo de Sancto Petro, coram quibus etiam additum est, quod ecclesia Sancti Nicholai, sicut in toto rivo de Ries et molendinis et omnibus eorum appenditiis, a molendino Mathei militis, domini de Era, usque ad Scaldum, nihil retinet antiqui dominii, sed soli prescripte innititur pensioni, ita nusquam in toto rivo, nec in possessionibus ad ipsa molendina pertinentibus ulterius obnoxia est solitis laboribus vel impensis. Porro dicta pensio statutis terminis solvetur hoc modo : in die Sancti Remigii, solventur quinque solidi censuales; infra octo dies Natalis Domini, centum solidi; infra hebdomadam quod cantatur Misericordia Domini, centum solidi; infra octavas Sancti Joannis Baptiste, septuaginta quinque solidi. Nos igitur super his omnibus sufficienter fratribus illis cavere et nobis caveri volentes, illorum super hac pactione scripta recipere et nostra illis conferre curavimus, quatenus, et illi per nostra, et nos per illorum instrumenta, subscriptionibus et sigillis utraque, ut decuit, communita, debita securitate perpetuis temporibus utrique gaudeamus. Signum Joannis abbatis Sancti Martini. S. Gossuini prioris. S. Nicolai supprioris, Roberti, Nicolai, Joannis, Mathie, Brictii, Gossuini, presbiterorum; Joannes, Petri, Walterii, Radulphi, diaconorum; Nicolai, Gerulfi, Roberti, subdiaconorum. Actum anno Verbi Incarnati millesimo ducentesimo duodecimo, indictione quarta decima, septimo idus Maii.

Rouge livre, fol. 17, recto.

Nº 81.

(AN 1212.)

Autre charte confirmant la cession faite par l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés à celle de Saint-Martin de tous ses droits sur deux moulins et bâtiments adjacents, situés sur le trieu devant Saint-Nicolas. (1).

In nomine Sancte et Individue (Trinitatis). Sciant et memoriter teneant scabini Tornacenses quod ecclesia sancti Nicholai de pratis juxta Tornacum concessit ecclesie Sancti Martini Tornacensis quicquid habebat vel habere videbatur in rivo de Ries, tam in molendinis quam in masuris ipsis adherentibus, et ceteris rebus omnibus ad jus molendinorum pertinentibus, pro annua pensione quatuordecim librarum, flandrensis monete, ad quam videlicet pensionem sine contradictione solvendam, abbas et monachi Sancti Martini obligaverunt se et sua ecclesie Sancti Nicholai, coram venerabili Domino Gossuino, Tornacensi episcopo, et magistro Waltero de Marvis, Roberto de Hunecourt, Hugone de Atrebato, Waltero hospitalario, Waltero de Stades, canonicis Tornacensibus. Similiter abbas et canonici Sancti Nicholai coram memoratis episcopo et canonicis Tornacensibus, remota ingenii pravitate, werpiverunt dictis monachis et firmiter contulerunt perpetuo possidendum

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre, fol. 20, verso : *De Molendinis et Rivo de Ries;* au fol. 213, recto, il ne porte aucun titre.

quicquid hactenus possederant in rivo de Ries et in molendinis et in eorum omnibus pertinentiis. Postmodum vero ad majorem firmitatem utriusque ecclesie fratres hec omnia coram scabinis tornacensibus recognoscere et renovare curarunt, scilicet coram Gerardo Crokni, Waltero Sotie, Balduino de Beure, Willelmo le Capuzeur, Gerulfo de Sancto Petro, coram quibus etiam additum est, quod ecclesia Sancti Nicholai sicut in toto rivo de Ries et molendinis et masuris et omnibus eorum appenditiis, a molendino Mathei militis, domini de Era, usque in Scaldum, salva pensione, nichil ultra potest exigere, ita nichil ultra in ipso rivo et in possessionibus prescriptis ad molendina pertinentibus debet impendere. Porro dicta pensio statutis terminis solvetur hoc modo: infra octo dies Natalis Domini, solventur centum solidi; infra ebdomadam qua cantatur Misericordia Domini (1), centum solidi; infra octavam beati Johannis Baptiste, septuaginta quinque solidi; et in festo Sancti Remigii, censuali more solidi quinque. Actum anno Domini millesimo ducentesimo duodecimo, indictione quarta decima, septimo Idus Maii.

Rouge livre, fol. 20, verso, et 213, recto.

---

(1) Deuxième dimanche après Pâques.

No 82.

(JUIN 1212)

Le comte de Flandre, Ferrand, prend l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés sous sa protection et confirme ses biens.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Fernandus, Dei gratia Flandrie comes et Hanionie, tam futuris quam presentibus in perpetuum. Quicumque principatum terrene obtinent dignitatis, ex potestate sibi celitus concessa debent unicuique jura sua servare et maxime ecclesiarum atque in eis Deo famulantium quietem et tranquillitatem providere. Non enim sine causa gladium portamus. Cujus considerationis intuitu ecclesiam Sancti Nicolai sitam extra Tornacum in pratis, cujus dudum et antecessores meos, Flandrie comites, Theodericum, Philippum et Balduinum, bone recordationis viros, tutores et advocatos fuisse cognovi, in mea quoque tutela et protectione suscepi. Decernens utique et mandans, ne quis eam undecumque calumpnias nectendo audeat infestare, neve de iis que usque in hodiernam diem et deinceps quoquo titulo rationabili dumtaxat et justo possederit, aliquid usurpare presumat. Quamobrem in perpetuam possessionem confirmo eidem ecclesie omnes terras quas hactenus habuit vel postmodum habebit circumquaque Tornacum. Terram maxime quam dedit Galterus advocatus. Terram apud Huberti locum. Terram et decimam et hospites apud Landast. Terram quam dedit Allardus Despelchin. Allodium et terram censualem apud Castrecin. Decem et octo raserias frumenti apud Templeuve

pro undecim bonariis terre. Duos modios frumenti apud Rosbais pro quadam terra. Possessiones de Bouchenies in terris, in pratis, in nemoribus. Apud Peruwez undecim bonarios terre et quartarium et fossionem in turbaria quantum usibus curie de Bouchenies necesse fuerit, quod Balduinus de Peruwez, per manum Hugonis de Antonio de cujus jure pendebat, in elemosinam concessit. Terram de Galrain et de Vaus tam cultam quam incultam, nemusque et prata ad curtem de Lambrechies pertinentia. Terram quoque cum pratis et nemore apud Rosteleu. Hec igitur et quecumque alia vel ante hoc tempus vel in omne reliqum ad prefatam ecclesiam pertinentia, in omni quo se mee dominationis potestas extenderit loco, in mea custodia et protectione suscipio et per presentem paginam sigilli mei impressione signatam, rata ei manere precipio et confirmo, sub eorum qui subscripti sunt aliorumque multorum presentia et testimonio. Signum Domini Joannis abbatis de Phalempin. S. Sigeri castellani Gandensis. S Michaelis constablerarii. S. Michaelis de Harnes, patrui sui. S. Egidii de Aigremont. S. Rabodi de Ruma. S. Amalrici de Marchiennes. Datum anno Domini millesimo ducentesimo duodecimo apud Insulam, mense Junio, per manum Willelmi, prepositi Brugensis, cancellarii mei.

Rouge livre, fol. 29, recto.

N° 83.

(AN 1212).

Gossuin, évêque de Tournay, ratifie la cession faite par l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés à celle de Saint-Martin de tous ses droits sur deux moulins et bâtiments adjacents, situés sur le trieu devant Saint-Nicolas. (1).

Gossuinus, Dei gratia Tornacensis episcopus presentibus et futuris presentem paginam inspecturis in perpetuum. Pactionem in presentia nostra formatam inter ecclesiam Sancti Martini Tornacensis et ecclesiam Sancti Nicolai de pratis juxta Tornacum super molendinis de Ries et appenditiis eorum, ad instantiam utriusque partis in scriptum redigere et episcopali auctoritate confirmare curavimus, sollicite precavere volentes ne qua super hac re querele materia emergere queat in posterum inter partes. Forma igitur pactionis illius hec est. Abbas et fratres Sancti Nicolai quibus olim in quibusdam molendinis de Ries certa portio competisse dinoscitur, in presentia nostra constituti, werpierunt et perpetuo possidenda legitime contulerunt ecclesie Sancti Martini, quecumque in rivo de Ries ad ipsos eatenus spectaverant in molendinis et masuris ipsis adherentibus et ceteris omni-

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Molendinis de Ries.*

bus ad jus molendinorum pertinentibus pro annua pensione quatuordecim librarum, Flandrie monete, ita ut nullum ecclesie Sancti Martini in hac parte obesse possit privilegium super eisdem possessionibus olim a predictis fratribus impetratum. Porro abbas et monachi Sancti Martini firmiter assignaverunt ecclesie Sancti Nicolai memoratam quatuordecim librarum pensionem supra totam ecclesiam suam, que videlicet pensio statutis terminis solvetur hoc modo : in die Sancti Remigii, solventur quinque solidi censuales; infra octo dies Natalis Domini centum solidi ; infra ebdomadam qua cantatur Misericordia Domini, centum solidi; infra octavas Sancti Johannis Baptiste, septuaginta quinque solidi. Huic pactioni nobiscum interfuerunt Magistri Walterius de Marvis, Walterius hospitalarius, Hugo de Attrebato, Robertus de Hunecort, Walterus de Stades, canonici Tornacenses, et quam plures alii tam clerici quam laici. Decernimus igitur ut premissa pactio hac nostra confirmatione vires perpetue firmitatis obtineat in tantum ut quicumque contra eam scienter venire presumpserit usque ad condignam satisfactionem excommunicationis vinculo innodetur. Actum Tornaci anno gratie millesimo ducentesimo duodecimo, mense Jullio, consecrationis nostre anno nono.

Rouge livre, fol. 18, verso.

N° 84.

(AN 1214).

Alard, seigneur d'Antoing, remet aux religieux de Saint-Nicolas-des-Prés la rente annuelle de 6 rasières d'avoine qu'ils lui devaient sur la terre d'Askeniaus, à charge de célébrer un anniversaire pour sa femme et pour lui. (1).

Ego Alardus, dominus Antoniensis, notum facio presentibus et futuris quod sex rascrias avene quas ecclesia Sancti Nicholai de pratis debebat mihi annuatim pro terra que vocatur Askeniaus, remisi in perpetuum eidem ecclesie, pro remedio anime mee et celebratione anniversarii mei et uxoris mee. Ad confirmationem hujus elemosine presentem cartam dedi et testium qui interfuerunt nomina annotari feci et sigillum meum appendi. S. Johannis abbatis de Falempin, Alexis decani Antoniensis, Nicholai custodis, Leonii, canonicorum. Magistri Alardi capellani. S. Balduini de Condato, Geraldi le Truye, Anselmi de Arbroie, Gosleni de Lalaing, militum. S. Gosleni, militis, fratris mei. Actum anno Domini millesimo ducentesimo decimo quarto.

Rouge livre, fol. 55, recto.

---

(1) Ce document est intitulé : *De terra Askeniaus.*

N° 85.

(AN 1215).

Gossuin, avoué de Tournay, donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés, 30 sols, monnaie de Flandre, et un muid de blé de rente sur les dîmes d'Helchin, à charge de célébrer son anniversaire. (1).

Ego Gossuinus, advocatus Tornacensis, notum facio universis presentem cartam inspecturis quod ego dedi in elemosinam ecclesie Sancti Nicholai de pratis triginta solidos annui redditus flamingorum accipiendos et in vita et post mortem meam supra decimam de Helchin, ob celebrationem anniversarii mei et uxoris mee post decessum meum, et ante decessum meum ad celebrandum anniversarium patris et matris mee. Dedi etiam eidem ecclesie modium bladi recipiendum supra prefatam decimam annis singulis post obitum meum. Hunc utrumque redditum, bladi videlicet et nummorum, statui in festo omnium sanctorum annuatim prefate ecclesie persolvendum. Quod si ego vel successor meus dictum redditum triginta solidorum voluerimus excambire, alium eque valentem redditum infra Tornacum sepedicte ecclesie poterimus assignare. Ad confirmationem hujus rei presentem cartam eidem ecclesie dedi et sigillum meum appendi. Huic elemosine interfuit dominus Egidius

(1) Ce document est intitulé : *Privilegium advocati de Decima de Hellechin.*

de Egremont, frater meus, prefate decime heres, qui etiam donationem istam approbavit, et dominus Anselmus, frater meus, et dominus Hugo de Watines, sororis mee maritus. Interfuerunt etiam dominus Tericus, presbiter de Wes, et magister Robertus de Hunecort, canonicus Tornacensis, et milites Egidius de Corde, Nicholaus Paniers, Amolricus de Marchienes, et alii quam plures. Actum anno Domini millesimo ducentesimo decimo quinto, mense julio.

Rouge livre, fol. 150, recto.

N° 86.

(AN 1215).

Gossuin, avoué de Tournay, déclare n'avoir aucun droit sur la terre donnée par son aïeul Walthère, à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. Il demande pardon des tracasseries qu'il a causées aux religieux au sujet de cette terre. (1).

Ego Gossuinus, advocatus Tornacensis, notum facio universis presentem cartam inspecturis quod terram quam proavus meus bone memorie Galterus advocatus, (2) ecclesie Sancti Nicholai de pratis in elemosinam dedit, super qua eandem ecclesiam aliquando inquietavi, postmodum saniori usus consilio eidem ecclesie quitam clamavi, et me vel fratres meos vel successores meos nil juris in ea habere plenissime recognovi, et de dampnis et injuriis que pro reclamatione illa intuleram, veniam a fratribus petii et impetravi. Ad perpetuam hujus rei memoriam presentem cartam scribi feci et sigillum meum appendi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinto decimo, mense Julio.

Rouge livre, fol. 149, recto.

---

(1) Ce document est intitulé : *De terra Walteri advocati.*

(1) V. plus haut, p. 16.

No 87.

(AN 1215).

Le chevalier Radulphe, d'Anvaing, fait connaître comment l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés est entrée en possession de la dîme de Gérard d'Audemetz. (1)

Ego Radulphus, miles de Anvaing, notum facio universis presentem paginam inspecturis quod decima quam Gerardus, miles de Audomes, de me in feodum tenuisse dinoscitur, ad ecclesiam Sancti Nicholai de pratis legitime devoluta est hoc modo. Accessi ad prefatam ecclesiam, accersitis mecum septem de hominibus meis, videlicet domino Adulpho de Timogies, domino Matheo de Popiola et fratre ejus Waltero, militibus, Hugone de Bochies, Wiberto de Berclers, Audrico de Senbervet, Matheo de Lovort. Affuit et dictus Gerardus de Audomes, et sub testimonio prefatorum hominum meorum resignavit in manu mea semel, secundo quoque ac tertio decimam quam de me, ut dictum est, in feodum tenuerat. Deinde requisitus a me idem G (erardus) an ultra aliquid juris haberet in decima illa, respondit se nihil ultra juris habere. Requisitus secundo ac tertio de eodem, idem respondit. Tunc prefati homines mei requisiti a me quid sibi de hac resignatione videretur, consilio habito responderunt quod dictus Gerardus tam fecerat de

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De decima de Audomes.*

decima illa quod nihil juris ultra haberet in ipsa, pro eo quod resignatio illa quam tertio fecerat, non fuerat coactitia sed spontanea. Dixerunt etiam licitum esse mihi facere velle meum de eadem decima. Requisiti secundo ac tertio de eodem idem per omnia responderunt. Quo facto reddidi decimam illam liberam et ab omni lege feodali absolutam Domino Episcopo Cameracensi in manu decani Sancti Brictii qui ibidem ex parte Episcopi intererat, ad conferendum ecclesie Sancti Nicolai de pratis. Post hec a domino Gerardo milite fidem et juramentum accepi quod in posterum ecclesiam Sancti Nicholai super decima illa nullatenus molestaret. Ad ultimum ad majorem hujus rei firmitatem accessimus ego et sepedictus Gerardus ad altare Sancti Nicholai et dedimus eidem ecclesie decimam illam jure perpetuo possidendam. Huic actioni interfuerunt Johannes de Quarte, Joannes de Thimogies, Nicholaus de Brifuel, Gossuinus de Rosne, et multi alii. Quia vero proprium sigillum non habui, vir nobilis Alardus de Spineto et de Antonio dominus, qui etiam hujus decime summus dominus extiterat, et qui donationem istam acceptam habuerat, sigillum suum huic carte ex parte mea ad petitionem meam appendit. Actum anno Domini millesimo ducentesimo decemquinto, mense novembri.

Rouge livre, fol, 52, recto.

N° 88.

(AN 1215).

Le chapître d'Antoing, en vertu de son droit de patronat sur la paroisse de Wasmes, déclare que l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés a acquis la part de dîme que Gérard d'Audemetz possédait en la dite paroisse. (1)

Alexis, decanus, et capitulum Anthoniense presentibus et futuris in perpetuum. Sciat universitas vestra quod ecclesia Sancti Nicholai de pratis acquisivit de conscientia et consensu nostro a Gerardo, milite de Audomes, portionem decime quam ipse habebat in parochia de Wames in qua jus patronatus habemus. Ut autem concessio nostra firma permaneat, eam in scripto redigere et sigilli nostri appensione curavimus communire. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinto decimo, mense Novembri.

Rouge livre, fol. 53, verso.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De decima de Audomes in Wames.*

N° 89.

(AN 1215.)

Charte de Jacques de Béthune, official de Cambray, relative à la dîme de Wasmes, appartenant à Gérard d'Audemetz, et acquise par l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. (1)

Universis presentem paginam inspecturis Jacobus de Bethunia, Cameracensis clericus et officialis, in Domino salutem. Quam labilis est humana memoria, nec res gestas sufficit tenere memoriter, secundum approbatam antiquorum consuetudinem dignum est, ut que semel rationabiliter acta sunt vel decisa sententialiter ad posterorum notitiam per scripture memoriam transmittantur. Ea propter universitati vestre presentibus innotescat quod cum dominus Gerardus de Audomes resignasset in manu domini Radulfi de Anvain decimam de Wamies, quam ab ipso in feodum tenuerat, ad opus ecclesie Sancti Nicholai de pratis, astantibus septem de paribus suis hominibus predicti R (adulfi), videlicet domino Adulpho de Thimogies, dominis Matheo et W (altero), militibus de Popiola, Hugone de Bocies, Huiberto de Biercles, Audrico de Severnet, Matheo de Lovort, idem G (erardus) requisitus a prefato R (adulfo) an ultra aliquid juris haberet in decima illa, respondisset se nichil juris habere, requisitus secundo ac tertio de eodem, idem respondisset; homines dicti R (adulfi) requisiti ab ipso

---

(1) Titre de ce document dans le livre Rouge livre : *De Decima de Wames.*

quid sibi de hac resignatione videretur, consilio habito respondissent quod dictus G (erardus) tantum fecerat de decima illa quod nichil juris ultra haberet in ipsa pro co quod resignatio illa non fuerat coactitia sed spontanea; requisiti secundo ac tertio de eodem, idem respondissent; dominus R (adulfus) reddidit decimam illam liberam et ab omni lege feodali absolutam domino Episcopo Cameracensi in manu domini Stephani, decani Sancti Brictii in Tornaco, qui de mandato meo speciali ad hoc fuerat destinatus ad opus memorate ecclesie; sed jam dictus R (adulfus), prius fidem et juramentum a domino G (erardo) acceperat quod in posterum memoratam ecclesiam super prefata decima nullatenus molestaret. Quod cum mihi per dicti Decani litteras constitisset, eandem decimam auctoritate domini mei prefate ecclesie, que etiam decani et capituli Antoniensis ad quos personatus ecclesie de Wames pertinet, sicut ex eorum prospexi litteris, habebat consensum, libere reddidi in perpetuum possidendam. In cujus rei memoriam presentem feci conscribi paginam et sedis cameracensis apponi sigillum. Actum anno gratie millesimo ducentesimo quinto decimo, mense Decembri.

Rouge livre, fol. 44, recto.

N° 90.

(AN 1215).

Alard, seigneur d'Antoing et d'Espinoy, déclare que l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés a acquis légitimement la dîme de Gérard, chevalier d'Audemetz.

Ego Alardus, de Spineto et de Anthonio dominus, notum facio universis presentem cartam inspecturis quod ecclesia Sancti Nicholai de pratis decimam Gerardi, militis de Audomes, legitime acquisivit hoc modo. Gerardus reddidit decimam illam domino suo Radulpho de Anvaing, de quo eam tenebat in feodum, ad conferendum prefate ecclesie. Radulphus contulit eam eidem ecclesie, me sciente et approbante, de quo idem feodus descendebat. Ad confirmationem hujus rei presentem cartam scribi feci, et sigillum meum appendi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo decimo quinto, mense Decembri.

Rouge livre, fol. 53, recto.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De decima de Audomes.*

N° 91.

(AN 1216).

Gossuin, avoué de Tournay, remet aux religieux de Saint-Nicolas-des-Prés son droit d'afforage sur la bière, à l'église du Mont-Saint-Médard.(1).

Ego Gossuinus advocatus Tornacensis notum facio universis presentem cartam inspecturis quod ego dedi in elemosinam ecclesie Sancti Nicholai de pratis portionem cerevisie que me contingebat in camba ejusdem ecclesie que est in monticulo. Huic elemosine interfuerunt dominus Anselmus, frater meus, dominus Egidius de Corde, dominus Gerardus prepositus Sancti Amandi, et dominus Galterus, frater ejus, canonicus Tornacensis. Actum anno Domini millesimo ducentesimo sextodecimo, mense Julio.

Rouge livre, fol. 175, recto.

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De redditu in Monticulo.*

N° 92.

(AN 1216.)

Gossuin, évêque de Tournay, confirme les donations faites par Gossuin, avoué de Tournay, en faveur de l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. (1)

Gossuinus, Dei gratia Tornacensis Episcopus, universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint in Domino salutem. Ea que in presentia nostra ratione previa statuuntur et fiunt, ne cum tempore labantur labili, vel alicujus in posterum malignitate contra justitiam valeant perturbari, volumus esse manifestum quod bone memorie Gossuinus, quondam advocatus de Tornaco, dum in extremis laboraret, ecclesie Sancti Nicholai in pratis, ob anime sue et antecessorum suorum salutem, unum modium bladi, ad mensuram Tornacensem, et triginta solidos alborum singulis annis supra decimam suam de Helchin contulit in elemosinam in perpetuo possidendos, portionem etiam quam habebat in cambagio ejusdem ecclesie in montello apud Tornacum eidem libere et absolute conferendo, nobis presentibus et assensum nostrum prebentibus, a quibus prefatus Gossuinus memoratas decimam et cambagii partem in feodo tenebat, Egidio similiter domino de Egremont, fratre suo, ad quem advocatia sua devenire debuit et devenit presente et consentiente diligenter. Nos autem

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De decima de Helchin.*

predicte elemosine collationem approbantes et confirmantes in ipsius testimonium presentem paginam scribi fecimus et sigilli nostri appensione communiri. Actum Tornaci anno Domini millesimo ducentesimo sexto decimo, mense decembri, consecrationis nostre anno tertio decimo.

Rouge livre, fol. 151, verso.

Nº 93.

(AN 1216).

Henri Aletack donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente de dix deniers, monnaie de Tournay, et deux chapons. (1)

Ego Johannes, archidiaconus Tornacensis, notum facio universis ad quos littere iste pervenerint quod Henricus Takes Burgensis Tornaci in presentia nostra constitutus dedit ecclesie Sancti Nicholai de pratis redditum decem denariorum Tornacensium et duorum caponum in elemosinam, quem videlicet redditum idem Henricus habebat in foro supra domum cujus medietas est prefate ecclesie Sancti Nicholai. Huic elemosine nobiscum interfuerunt dominus Petrus, presbiter magni altaris, Thomas clericus noster, et dominus Egidius, presbiter et canonicus Sancti Nicholai. Actum anno Domini millesimo ducentesimo sexto decimo, mense februario.

Rouge livre, fol. 175, verso.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Redditu Taket.*

N° 94.

(AN 1217).

Charte de l'évêque d'Arras concernant la contestation entre l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés et le pasteur de Vezon, au sujet de menues dîmes. (1).

R (adulphus), divina permissione Attrebatensis ecclesie Sacerdos humilis, P (etrus) de Mareolis dictus abbas et urbis Attrebatensis decanus, omnibus quibus litteras istas videre contigerit in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod cum coram nobis auctoritate apostolica questio verteretur inter ecclesiam Sancti Nicholai de pratis Tornacensis et presbiterum de Veson super diminutis decimis quas ecclesia a dicto presbitero petebat et super decimis sartorum super quibus presbiter ecclesiam reconveniebat, auditis hinc inde rationibus et allegationibus partim, cum nobis per confessionem presbiteri constaret ecclesiam Sancti Nicholai esse in possessionem dictarum decimarum, ita diximus quod de cetero nos non intromitteremus. Actum anno Domini millesimo ducentesimo decimo septimo, mense novembri, in crastino commemorationis animarum.

Rouge livre, fol. 55, verso.

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De diminutis decimis de Veson.*

N° 95.

(AN 1218).

Jean Caperons donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente de douze sols, monnaie de Flandre. (1).

J (oannes), archidiaconus Tornacensis, universis presentes litteras inspecturis in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod Johannes Caperons in presentia constitutus dedit ecclesie Sancti Nicholai de pratis in elemosinam redditum duodecim solidorum alborum et flamingorum in vico de Aldenarde, supra masuram suam que furnum habere debet, in quo hospites ejusdem Johannis in eodem vico manentes coquere tenentur ex debito. Idem etiam Johannes et Maria, uxor ejus, fidem dederunt coram nobis quod prefatam ecclesiam quiete et pacifice gaudere permittent redditu memorato, et omnes eam inquietare volentes pro posse suo compescent. Actum anno Domini millesimo ducentesimo octavo decimo, mense Mayo.

Rouge livre, fol. 186, verso.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Redditu J. Caperon.*

N° 96.

(AN 1218).

Daniel Delplace cède à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés sa part sur la maison de Saint-Nicolas située sur la place. (1).

J (oannes), archidiaconus Tornacensis, universis presentes litteras inspecturis in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod Daniel de foro Brugensis Tornaci in nostra presentia constitutus, dedit ecclesie Sancti Nicholai de pratis in elemosinam partem quam habebat in domo petrina Sancti Nicholai, que est in foro juxta domum Sancti Martini de Castello, et totum jus quod in ea habebat sicut est ante et retro, werpivit coram nobis dicte ecclesie jure perpetuo quiete et pacifice possidendum. Huic actioni interfuerunt nobiscum dominus Gossuinus, frater meus, et Johannes de Tumbella, canonicus Tornacensis, et dominus Egidius presbiter et canonicus de pratis. Actum anno Domini millesimo ducentesimo octavo decimo, mense Mayo.

Rouge livre, fol. 187, recto.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Domo Petrina in Foro.*

N° 97.

(AN 1218).

Jean Caperons accorde à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle de vingt sols, monnaie de Flandre, pour le repos de l'âme de son père. (1)

R (adulfus) decanus, J (oannes) archydiaconus Tornacensis, J (oannes) abbas de Falempin, universis presentes litteras inspecturis in Domino salutem. Universitati vestre significamus quod Johannes Caperons in presentia nostra constitutus assignavit ecclesie Sancti Nicholai de pratis supra portionem quam habet in helda daldenarde pro anima patris sui viginti solidos annui redditus alborum et flamingorum, presente et assentiente Maria uxore sua. Actum Tornaci anno Domini millesimo ducentesimo octavo decimo, mense octobri.

Rouge livre, fol. 179, verso.

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Johanne Caperon.*

N° 98.

(AN 1218).

L'avoué de Tournay et sire d'Égremont déclare qu'il a donné à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle de 30 sols, monnaie de Flandre, sur l'autel d'Helchin et la menue dîme de cette localité. (1).

Ego (2) advocatus Tornacensis et dominus de Egremont universis presentes litteras inspecturis salutem. Noverit universitas vestra quod ego assignavi ecclesie Sancti Nicholai de pratis triginta solidos annui redditus alborum et flamingorum supra altare de Helchin, et supra minutam decimam ejusdem ville, de cujus decime primis provenientibus recipiet dicta ecclesia quiete et pacifice prefatum redditum annuatim, quoadusque eidem ecclesie alium equivalentem redditum, ubi mihi et eidem ecclesie placuerit, assignavero competenter. Actum Tornaci coram venerabili domino Johanne archidiacono Tornacensi in ecclesia beate Marie Tornacensi. Interfuerunt etiam huic actioni dominus

---

(1) Ce document est intitulé : *De XXX^a solidis supra decimam de Helchin quos debent Moniales de pratis.*

(2) Ego. L'avoué de Tournay ne fait pas connaître son nom dans ce document. Il s'agit ici de Gilles d'Egremont, qui était parvenu à l'avouerie après son frère Gossuin, mentionné dans plusieurs documents précédents. Gueluy, fol. 144.

Gossuinus frater archidiaconi, et dominus Nicholaus de Insula canonicus Tornacensis, et dominus Terricus capellanus domini Tornacensis, et dominus Gossardus miles de Laleng, et multi alii tam clerici quam laici. Anno Domini millesimo ducentesimo octavo decimo, mense januario.

Rouge livre, fol. 152, recto.

N° 99.

(AN 1226).

Gossuin Tahon donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle de vingt-deux sols et neuf deniers, monnaie de Flandre. (1).

Johannes archidiaconus Tornacensis omnibus has litteras inspecturis salutem in Domino. Digna memorie scriptis solent commendari, et ad hoc commendantur ne temporis prolixitate tradantur oblivioni. Hinc est quod universitati vestre notum facimus quod Gossuinus li Tahons in presentia nostra constitutus dedit in elemosinam ecclesie Sancti Nicholai de pratis juxta Tornacum viginti et duos solidos et novem denarios, flandrensis monete, in perpetuum singulis annis percipiendos supra domum Amalrici de Insula sitam in vico Lozemerie, juxta puteum, presentibus dominis Waltero decano, et magistro Nicholao Buscheau scolastico. In testimonium hujus rei sigillum nostrum apponi fecimus huic conscripto. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo sexto.

Rouge livre, fol. 176, recto.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Redditu G. le Tahon.*

N° 100.

(AN 1226).

Gossuin Tahon donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle de dix-huit sols et quatre deniers, monnaie de Flandre. (1)

Johannes archidiaconus Tornacensis omnibus has litteras inspecturis salutem in Domino. Digna memorie scriptis solent commendari, et ad hoc commendantur ne temporis prolixitate tradantur oblivioni. Hinc est quod universitati vestre notum facimus quod Gossuinus li Thahonus in presentia nostra constitutus dedit in elemosinam ecclesie Sancti Nicholai de pratis juxta Tornacum octo et decem solidos et quatuor denarios, Flandrensis monete, in perpetuum singulis annis percipiendos supra medietatem domus Christiani site in vico beate Marie, presentibus tamen ejusdem ecclesie dominis, Bernardo de Insula, magistro Willelmo de Brugis dyacono, et domino Matheo cantore, et domino Gossuino presbitero, fratre nostro. In testimonium hujus rei sigillum nostrum apponi fecimus huic presenti scripto. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo sexto.

Rouge livre, fol. 173, verso.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Redditu Gossuini Thahon.*

N° 101.

(AN 1226.)

Charte du chevalier d'Égremont concernant l'acquisition faite par l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés d'une rente annuelle de trente-deux sols, monnaie de Tournay, sur une terre située à Lamain. (1).

Universis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus quibus presens scriptum videre contingit Nobilis miles Egidius, dominus de Aigremont, salutem in vero Salutari. Universitati vestre notum facimus quod Lebertus Grisiau, filius Gossuini Buchau, civis Tornacensis, quondam redditum annualem triginta duorum solidorum, Tornacensis monete, quem habebat supra triginta duo bonaria terre jacentis in parochia de Lamaing, videlicet apud Castrecin, quem a nobis tenebat in feodum et unum nobis debebat hominium, ecclesie sancti Nicholai de pratis vendidit, et in capella domini Tornacensis episcopi coram hominibus nostris Nicholao de Orcha, Simone de Evregnies, et Waltero de Senghin, qui pares sui erant, hominium illud cum redditu in manu nostra reddidit. Nos vero tum Dei et pietatis intuitu redditum illum jam dicte ecclesie coram hominibus nostris prenominatis, Henrico abbate, Thoma et Johanne canonicis ejusdem loci, Johanne Foubret clerico, et Gossuino

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Grisiel, de Eodem, c'est-à-dire de Lamaing.*

Buchau, in elemosinam contulimus sub annuali censu duodecim denariorum, Tornacensis monete, infra octavam Sancti Remigii nobis vel ministris nostris apud Wes, sine relevamine vel exactione aliqua, persolvendorum. Hominium etiam quod nobis debebatur libere et absolute in perpetuum quitum clamamus. Ut autem hoc firmum et stabile maneat in posterum presentem paginam sigilli nostri munimine roboravimus. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo sexto, mense mayo.

Rouge livre, fol. 98, recto.

N° 102.

(AN 1226).

Charte de Walter de Marvis, évêque de Tournay, concernant la rente annuelle de trente-deux sols, acquise par l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés, sur une terre située à Lamain. (1).

Walterus, divina permissione Tornacensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Letbertus Grisiaus, civis Tornacensis, quondam redditum triginta duorum solidorum, Tornacensis monete, quem habebat supra triginta duo bonaria terre jacentis in parochia de Lamaing, videlicet apud Castrecin, quem etiam redditum a nobili viro Egidio de Aigremont, advocato Tornacensi, tenebat in feodum, et inde eidem Egidio debebat hominium, ecclesie Sancti Nicholai de pratis vendidit et hominium illud cum redditu in manu ejusdem E (gidii) reddidit. Dictus vero Egidius redditum illum ecclesie Sancti Nicholai de pratis contulit in elemosinam. Hominium etiam coram nobis quittum clamavit in perpetuum sub censu duodecim denariorum, Tornacensis monete, infra octavam Sancti Remigii dicto Egidio vel ministris suis apud Wes sine relevamine et exactione aliqua, quolibet anno persolvendorum. Huic autem quittationi interfue-

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De triginta solidis supra terram de Castrecin.*

runt Johannes archidiaconus Tornacensis, Radulfus archidiaconus Flandrensis, Amandus abbas Sancti Martini Tornasensis, G (erardus), canonicus et officialis Tornacensis, Hellinus miles, frater castellani Tornacensis, Gerardus prepositus Sancti Amandi, et multi alii. Ut autem hoc firmum et stabile permaneat presentem cartulam sigillo nostro roboravimus. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo sexto, mense mayo.

Rouge livre, fol. 93, recto.

N° 103.

(AN 1226).

Charte de l'archidiacre de Tournay concernant une rente de trente-deux sols, monnaie de Tournay, achetée par l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés sur une terre située à Lamain. (1).

Johannes, Dei gratia Tornacensis archidiaconus, universis Christi fidelibus quibus presens scriptum videre contigerit salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Lebertus Grisiaus, civis Tornacensis, quondam redditum triginta duorum solidorum, Tornacensis monete, quem habebat supra triginta duo bonaria terre jacentis in parochia de Lamaing, videlicet apud Castrecin, quem etiam redditum a nobili viro Egidio de Aigremont, milite et advocato Tornacensi, tenebat in feodum, et inde eidem Egidio debebat homagium, ecclesie Sancti Nicholai de pratis vendidit, et homagium illud cum redditu in manu ejusdem Egidii reddidit; dictus vero Egidius coram domino Tornacensi episcopo, et nobis, et multis aliis probis viris et autenticis personis redditum illum ecclesie Sancti Nicholai in elemosinam contulit et homagium in perpetuum quittum clamavit sub censu duodecim denariorum, Tornacensis monete, infra octavam Sancti Remigii prefato Egidio

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Grisiel de Lamaing.*

vel ministris suis apud Wes sine relevamine vel exactione aliqua quolibet anno persolvendorum. Postea vero Jacobus, filius predicti Leberti, quia nondum ad annos discretionis pervenerat et sine advocato predictum redditum legitime werpire non poterat, Gossuinum Buchau, civem Tornacensem, advocatum suum accepit et per ipsum pretaxatum redditum in ecclesia Beate Marie coram nobis werpivit et venditionem a patre suo factam approbavit. Huic autem werpitioni interfuerunt Radulfus archidiaconus Flandrensis, Magister Gerardus canonicus et officialis Tornacensis, Magister Nicholaus Buchaus, Magister Arnulfus, Hugo de Popiola et Walterus de Sancto Amando, canonici, et plures alii probi viri de capitulo Tornacensi. In cujus ergo rei testimonium presentem paginam scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo sexto, mense junio.

Rouge livre, fol. 97, recto.

N° 104.

(AN 1226).

Accord fait en présence de l'abbé d'Hénin-Liétard, entre les religieux de Saint-Nicolas-des-Prés et Asson de Croupers et ses fils au sujet de la cense de Castrecin.

Universis presentium inspectoribus W (icardus), Dei permissione dictus abbas Hiniacensis, salutem et orationum participationem. Universitatem vestram volumus non latere quod Asso de Croupers, Magister Jacobus, Richerus et Radulfus, ejusdem A (ssonis) filii, Ibertus Choves, Gerardus li Templiers, Nicholaus Kevaus, Petrus Joveniaus et Fulcardus Choves in presentia nostra constituti, presentibus tribus scabinis Hiniacenis, videlicet dicto Fulcardo Choves, Fulcardo le Blanc et Richero le Hale, de tenenda pactione que facta fuit inter abbatem et conventum ecclesie beati Nicholai Tornacensis, ex parte una, et jam dictos Assonem, et Magistrum Jacobum, et Richerum, et Radulfum, sepedicti Assonis filios, ex altera, pro curte de Castrechin et de solutione annualis census pro curte jam dicta, se et sua debitores et plegios posuerunt. Ne igitur hoc per processum temporis a memoria labi contingeret in futurum, nos ad petitionem abbatis dicte ecclesie sigilli nostri appensione munivimus presens scriptum. Actum anno Incarnationis Dominice millesimo ducentesimo vigesimo sexto, in crastino translationis beati Martini.

Rouge livre, fol. 99, recto.

N° 105.

(AN 1226).

Jean Caperons et son épouse, Marie, donnent à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés plusieurs rentes sur diverses maisons situées en la rue d'Audenarde. (1)

Johannes archidiaconus Tornacensis omnibus has litteras inspecturis salutem in Domino. Digna memorie scriptis solent commendari et ad hoc commendantur ne temporis prolixitate tradantur oblivioni. Hinc est quod univer itati vestre notum facimus quod Johannes Caperon, et uxor ejus Maria, in presentia nostra constituti dederunt ecclesie Sancti Nicholai de pratis juxta Tornacum in elemosinam septuaginta duos solidos et sex denarios, Tornacensis monete, et quatuordecim capones in perpetuum singulis annis percipiendos ad redditus in vico de Aldenarde, qui ad ipsos hereditario jure spectabant. Quos redditus prefatos Juliana conversa predicti loci, soror prefate Marie, quoad viveret percipere debebat. Hoc factum fuit presentibus dominis Jacobo, prefati loci, et Sigero, presbiteris, et Johanne clerico, consanguineo nostro. In testimonium hujus rei sigillum nostrum apponi fecimus huic presenti conscripto. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo sexto, quarto Kalendas decembris.

Rouge livre, fol. 155, recto.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De LXXII solidis ex parte Johannis Caperon.*

N° 106.

(AN 1226).

Walter de Marvis, évêque de Tournay, déclare que Walter de Stoflers a reconnu qu'il n'avait aucun droit sur les biens appartenant à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. (1).

Walterus, Dei gratia Tornacensis episcopus, universis presens scriptum inspecturis salutem in omnium Salvatore. Noverit universitas vestra quod cum abbas et conventus Sancti Nicholai de pratis juxta Tornacum Walterum de Stoflers, parochialem de Templovia, coram judicibus à Domino Papa delegatis, impeterent super eo quod idem Walterus redditus ecclesie beati Nicholai saisiverat, et hospitibus ecclesie qui manent in parochia de Templovia ne redditus illos solverent prohibuerat, dictus Walterus coram nobis in jure constitutus de consilio prudentum recognovit quod in redditibus, hospitibus, vel rebus aliis ad ecclesiam beati Nicholai pertinentibus nichil juris habebat, nec hospites ecclesie in aliquo poterat molestare, hoc excepto quod abbas in curia dicti Walteri ad tria generalia placita quolibet anno debet interesse, vel sufficientem nuntium pro ecclesia mittere, et si forte contingat quod aliquis de hospitibus ecclesie conqueratur, dicti hospites, eadem die, vel secunda, vel tandem tertia die generalis placiti, secundum dictum scabinorum, debent ecclesie et ecclesia pro eis emendam

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Templeuve.*

facere. Si autem ecclesia vel hospites ejus de aliquo conquerantur, prefatus Walterus in instanti debet ecclesie, secundum dictum scabinorum, de eo justitiam exhibere et ecclesie, non hospitibus, forefactum emendare. Huic autem recognitioni interfuerunt Walterus decanus, et Johannes archidiaconus, Radulphus archidiaconus Flandrensis, Magister Gerardus canonicus et officialis Tornacensis, W., canonicus et prepositus Siclinicnsis, Johannes de Haleng, et Stephanus Viellars canonicus Tornacensis, et plures alii probi viri tam clerici quam laici. Ut autem hoc firmum et ratum maneat in posterum presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum Tornaci anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo sexto, mense Martio.

Rouge livre, fol. 201, recto,

No 107.

(AN 1227.)

Charte de l'archidiacre de Tournay concernant la donation de douze livres parisis faite par Thomas Reverses à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. (1)

Universis presens scriptum inspecturis J (oannes) archidiaconus Tornacensis salutem in Domino. Universitati vestre notum fieri volumus quod Thomas li Reverses in presentia nostra constitutus pro remedio anime sue et uxoris sue in elemosinam contulit ecclesie beati Nicholai de pratis juxta Tornacum duodecim libras parisienses, et de ipsis percipiendis fecit eidem ecclesie assignamentum supra domum suam lapideam sitam apud curiam et hec contulit eidem ad opus pitantiarum ecclesie superius nominate, hoc tenore quod dicta ecclesia in domo supradicta viginti solidos parisienses percipiet annuatim, de quibus viginti solidis in festo beati Remigii decem solidi debent persolvi ecclesie predicte, et decem solidi in subsequenti festo beati Johannis Baptiste, donec aliquis de duodecim libris predictis ab ipsa ecclesia domum redemerit supradictam. Cum autem domus predicta de dicta pecunia fuerit redempta ad opus pitantiarum dicte ecclesie ex ipsis denariis debent redditus comparari. Huic autem collationi interfuerunt Henricus

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Thoma le Reverset.*

abbas ejusdem loci, Egidius, filius predicti Thome, Johannes de Waudripont, canonici sui, Gossuinus, frater noster, et Matheus, presbiteri. In cujus rei testimonium presens scriptum ad petitionem partium sigilli nostri munimine duximus roborandum. Actum Tornaci anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo septimo, mense Mayo, feria sexta post Jubilate. (1)

Rouge livre, fol. 168, recto.

---

(1) Troisième dimanche après Pâques.

N° 108.

(AN 1230).

Jean Caperon de Flekières, bourgeois de Tournay, donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés son manse, rue d'Audenarde. (1).

Ego J(ohannes), archidiaconus Tornacensis, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Johannes, dictus Caperon de Flekieres, civis Tornacensis, in presentia nostra constitutus contulit in elemosinam ecclesie Sancti Nicholai de pratis mansum suum et quidquid juris habebat in vico daudenarde ratione illius mansi. Huic autem collationi consenserunt et approbaverunt eam J(ohannes), filius predicti J(ohannis), et due filie ejusdem, et fidem dederunt se de cetero nichil in predicto manso reclamaturos. Insuper recognoverunt se habere etatem consentiendi vel contradicendi. Huic collationi interfuerunt G(alterus), abbas Sancti Nicholai juxta Tornacum, Ego, sacerdos, Johannes de Willem, canonicus ejusdem ecclesie, et dominus Gossuinus, frater noster. In cujus rei memoriam presentem paginam fecimus conscribi et sigilli nostri munimine roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo.

Rouge livre, fol. 186, recto.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Redditu J. Caperon.*

Nº 109.

(AN 1231).

Le clerc Guillaume de Baisieux déclare devant le doyen de Saint-Brice, à Tournay, qu'il a mis fin au différend survenu entre lui et les religieux de Saint-Nicolas-des-Prés, au sujet d'une rente de cinq deniers, monnaie de Tournay, que les dits religieux lui devaient. (1)

Universis presens scriptum inspecturis Thomas, decanus Sancti Brictii in Tornaco, salutem in omnium Salutari. Noverit universitas vestra quod Willelmus de Baisiu clericus in jure coram nobis constitutus quittos clamavit abbatem et conventum Sancti Nicholai de pratis juxta Tornacum de omnibus controversiis habitis inter eos usque in diem presentem, maxime de illo annuo censu continenti quinque denarios Tornacenses, sive duos et obolum, quo tenebantur dicti abbas et conventus dicto W (illelmo), et de omnibus arreragiis sive obventionibus quibus occasione dicti census vel alia a W (illelmo), sive ejus successore, irrepeti poterat, et juravit prefatus W (illelmus) quod de cetero ipsos vel eorum ecclesiam non vexabit vel molestabit super predictis, nec faciet molestari. In cujus rei notitiam ad preces dicti

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Willelmo de Baisiu.*

W (illelmi) presens scriptum abbati et conventui contulimus antedictis sigillo nostro roboratum. Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo primo, mense aprili, primo sabbato mensis.

Rouge livre, fol. 59, recto.

N° 110.

(AN 1231).

Le pape Grégoire IX confirme les fondations des anniversaires pour les défunts. (1)

Gregorius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui Sancti Nicolai in pratis juxta Tornacum salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis precibus inclinati, anniversaria et redditus, qui a predecessoribus vestris ad usus refectorii vestri ab antiquo fuerunt tempore deputati, sicut illos juste et pacifice obtinetis, vobis et per vos dicto refectorio vestro auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Laterani, quinto idus aprilis, pontificatus nostri anno quinto.

Rouge livre, fol. 11, verso.

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De confirmatione redditum pro anniversariis donatorum.*

N° 111.

(AN 1233).

Le chevalier Waltère d'Hollain cède à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés ses droits sur le territoire de Wasmes, en échange de six bonniers de terres arables, situés à Bruyelles. (1).

Universis tam presentibus quam futuris quibus presentes litteras videre contigerit, Ego Walterus, miles de Holaing, salutem in omnium Salutari. Universitati vestre notum facio quod ego terragium meum de Wames et omne jus quod habebam in eodem, in denariis, avena, caponibus, panibus, hospitibus, in relevaminibus et aliis rebus, ecclesie beati Nicholai de pratis juxta Tornacum contuli et concessi, salvo jure domini mei, libere, jure hereditario possidendum, pro sex bonariis terre arabilis jacentis in territorio de Bruella, quam mihi ad plenum deliberaverunt dicte ecclesie abbas et conventus, et promiserunt bona fide garantire, et quia de nichilo increscunt jurgia, uxorem meam et liberos meos spontaneos induxi ad concedendam collationem supradictam. Juraverunt etiam et fidem dederunt tam dicta uxor quam liberi, quod de cetero dictam ecclesiam, ratione dotis, seu viduitatis, vel alio aliquo modo, super eodem terragio non molestabunt, nec ab aliquo facient molestari. Ego etiam me astrinxi ad garandisandum et salvandum contra omnes terragium sepedictum, mediantibus fide et juramento,

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Terragio de Wames*.

presentibus domino meo H (ugone), de Antonio et de Spineto domino, Balduino de Paries, Waltero de Querceto, Egidio de Quarte, Evrardo de Ghisegnies, militibus, Gossello, tunc castellano Antoniensi, Henrico, majore de Wames, Jacobo del Mortier, Waltero de Bochemes, Johanne, majore de Bury, et Hugone, fratre ipsius, et multis aliis, quorum memoriam, si necesse fuerit, mihi bene placet invocari. Tamen, quia labilis est mens hominum, presentem paginam sigillis domini mei antedicti et meo proprio dicte ecclesie contuli roboratam. Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo tertio, mense Julio.

Rouge livre, fol. 45, recto.

N° 112.

(AN 1233.)

Charte de Hugues, seigneur d'Antoing et d'Espinoy, concernant l'échange fait entre Waltère d'Hollain et les religieux de Saint-Nicolas-des-Prés. Waltère d'Hollain avait cédé tous ses droits à Wasmes, et les religieux avaient donné six bonniers de terres arables, à Bruyelles. (1).

H (ugo) de Anthonio et de Spineto dominus, omnibus presens scriptum inspecturis salutem in vero Salutari. Noveritis et pro constanti habeatis quod abbas et conventus Sancti Nicholai de pratis juxta Tornacum, ex una parte, et Walterus, miles de Holeng, ex altera, in mea presentia fecerunt concambium de terragio quod tenebat de me dictus Walterus, apud Wames et Malbray, et quadam terra que continet sex bonaria, de quibus quinque et unum quartarium jacent in Hubierleu, residua tria quartaria juxta clibanos in territorio de Bruella, que terra erat hereditas dictorum abbatis et conventus. Ego autem H (ugo), tamquam dominus illius terragii, de consilio et judicio hominum meorum, ad hoc vocatorum et requisitorum, dictis abbati et conventui, ad instantiam prefati W (alteri) ibidem in manibus meis dictum terragium werpientis, et omne jus quod habebat in eodem in denariis, avena, caponibus, panibus,

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *Confirmatio terragii Walteri militis de Holeng.*

hospitibus, relevaminibus et aliis rebus in allodium reddidi et concessi, salvo jure meo, libere et absolute hereditarie possidendum et exemptum ab omni vinculo servitutis, et promisi bona fide garandire et salvare. Nec est dandum oblivioni quod prefatus W (alterus), uxor et liberi ipsius, dictum concambium laudaverunt et gratum habuerunt, promittentes, fide et juramento mediantibus, quod de cetero prefatos abbatem et conventum super dicto terragio, vel occasione ejusdem, nullatenus molestabunt, vel facient ab aliquo molestari. Huic concambio interfuerunt dominus Balduinus de Paries, Walterus de Querceto, Egidius de Quarta, Evrardus de Gisegnies, milites, Gossellus, tunc castellanus Anthoniensis, Henricus, major de Wames, Jacobus del Mortier, Walterus de Borchamies, Johannes, major de Bury, et Hugo, frater ejus, et quidam alii quorum memoria hoc factum volo commendari. Et ne in posterum super predictis calumpnia oriatur, presentes litteras sepedictis abbati et conventui contuli sigillo meo roboratas. Datum apud Buri anno Domini millesimo ducentesimo trigcsimo tertio, mense julio.

Rouge livre, fol. 62, verso.

N° 113.

(AN 1233).

Le pape Grégoire IX confirme un accord conclu par les abbés de Saint-Amand et de Saint-Nicolas-des-Prés avec le châtelain Evrard Radoul, à l'intervention amicale de l'évêque de Beauvais, au sujet de l'exercice du droit de gîte.

Gregorius, episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Tornacensi et Cameracensi episcopis, et dilecto filio abbati Sancti Auberti Cameracensis, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii Sancti Amandi in Pabula, Sancti Martini, et Sancti Nicholai de pratis, juxta Tornacum, monasteriorum abbates, transmissa nobis petitione, monstrarunt, quod, cum inter ipsos communiter, ex parte una, et Evrardum Radoul, castellanum Tornacensem, ex altera, super eo quod idem castellanus quasdam procurationes, et res alias in dictis monasteriis et curtibus eorumdem contra justiciam exigebat, questio fuisset exorta, tandem, mediantibus venerabili fratre nostro Belvacense episcopo ejusque collegis, amicabilis inter partes compositio intervenit, quam apostolico petierunt munimine roborari. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus compositionem istam, sicut sine pravitate facta est et ab utraque parte sponte recepta, faciatis per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, firmiter observari, proviso, ne in commune Tornacensis excommunicationis vel interdicti sententiam proferatis, nisi mandatum a nobis super

hoc reciperitis speciale. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur.

Datum Laterani, vi idus Martii, pontificatus nostri anno septimo.

Rouge livre, fol. 12, recto.

N° 114.

(AN 1234).

Arrentement d'une maison située sur la place, à Tournay, moyennant sept livres et demie parisis, payables annuellement à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. (1).

Magister G., de Malege, canonicus et officialis Tornacensis, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod in nostra presentia constitutus Terricus clericus, filius quondam Danielis de foro, recognovit se arrentasse ab ecclesia beati Nicholai de pratis quandam domum, sitam in foro contra domum Johannis Castegne, sub annuo redditu septem librarum et dimidium parisiensium, cum duodecim denariis parisiensibus de censu, ab ipso T (errico) et successoribus suis in perpetuum dicte ecclesie persolvendo terminis sub notatis, videlicet in Natali quinquaginta solidos parisienses, in sequenti Pascha quinquaginta solidos parisienses, et residuos quinquaginta solidos parisienses in festo beati Petri ad vincula subsequente, in festo autem beati Remigii duodecim denarios censuales, promittens quod infra instantem Augustum dictam domum meliorabit ad valorem quadraginta librarum flandrensium. Quod si non melioraret eandem domum infra dictum terminum, nichilominus teneretur solvere prefate ecclesie predictum redditum terminis pre-

---

(1) On lit en tête de ce document ce qui suit : *Vinchent Hinare le rente est augmentée de cinq deniers louysiens et un chapon.*

taxatis cum censu supradicto. Preterea dictus T (erricus) clericus tenetur solvere in anno instanti dicte ecclesie, pro locatione dicte domus, duos solidos parisienses singulis septimanis, a festo beati Johannis Baptiste usque ad festum beati Remigii subsequens. Post festum autem beati Remigii incipiet dictus T (erricus) clericus solvere annuatim redditum memoratum, et tunc cessabit solutio duorum solidorum singulis septimanis de locatione dicte domus prenotata. In cujus rei testimonium presentes litteras ad petitionem dicti T (errici) clerici sigillo sedis Tornacensis fecimus roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo quarto, mense Novembri.

Rouge livre, fol. 192, verso.

N° 115.

(AN 1235.)

Charte de l'official de Tournay concernant une rente de dix sols, monnaie de Flandre, dont l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés devait jouir après la mort de Béatrix du Chastel.

Magister S., de Bronborg, clericus et officialis domini Tornacensis, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod in nostra presentia constituta Beatrix, dicta de Castellario, fecit assignamentum ecclesie sancti Nicolai de pratis juxta Tornacum supra duas domos, videlicet Willelmi ad huvam et Egidii meineaveule, sitas in machecleria Tornacensi, de annuo redditu decem solidorum flandrensium perpetuo ab eadem ecclesia possidendo post mortem ipsius Beatricis, quem redditum eadem Beatrix dicebat se habere supra domos antedictas, hoc salvo eidem Beatrici quod ipsa, toto tempore vite sue, redditum recipiet supradictum, nec ipsa ecclesia, vivente Beatrice, in perceptione dicti redditus jus clamare poterit occasione assignamenti prenominati. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo sedis Tornacensis dicte ecclesie ad petitionem dicte Beatricis contulimus sigillatas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo quinto, mense novembri.

Rouge livre, fol. 166, verso.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Beatrice dou Castel.*

N° 116.

(AN 1255).

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés vend à Walter le Justicier pour 36 livres parisis, une rente de 50 sols parisis, sur deux maisons situées rue Baudouin le Chantre, qu'elle avait acquise de Thomas le Clerc. Walter le Justicier donne à la dite abbaye de Saint-Nicolas vingt sols de cette rente à charge de célébrer son anniversaire.

Universis presentes litteras inspecturis Egidius abbas, Egidius prior, totusque conventus ecclesie Sancti Nicholai in pratis juxta Tornacum salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum Thomas clericus, dictus Ronsellus, bene et legitime vendidisset et werpivisset dicte ecclesie redditum quinquaginta solidorum parisiensium, et assignasset eidem ecclesie percipiendum supra duas domos suas lapideas, sitas in vico qui dicitur vicus Baldonis cantoris, juxta domum que fuit quondam dicti Baldonis, ita quod dicta ecclesia debebat dictum redditum recipere annuatim supra dictas domos ad terminos statutos, videlicet ad festum Sancti Remigii decem solidos parisienses, ad Natale Domini viginti solidos parisienses, et ad Nativitatem beati Johannis Baptiste viginti solidos similiter monete supradicte, promisisset etiam dictus Thomas, fide interposita, quod dicte ecclesie garandiret redditum memoratum, et quod nec per se nec per alium dictam ecclesiam super dicto redditu de cetero molestaret, nec permitteret ab aliquo mo-

lestari, concedens quod si contra predictam veniret vel in aliquo deficeret premissorum, officialis Tornacensis justitiam faceret de Thoma clerico supra dicto. Tandem nos, de bonorum virorum consilio, vendidimus pro triginta sex libris parisiensibus, et werpivimus in presentia scabinorum Tornacensium et multorum aliorum bonorum virorum dictum redditum quinquaginta solidorum, et quicquid juris in dicto redditu habebamus magistro Waltero de Tornaco, dicto Justiciario, cui permisimus et tenemur dictum redditum garandire, qui Walterus super dictis triginta sex libris parisiensibus nobis ad plenum satisfecit. Tandem dictus Walterus, in presentia scabinorum predictorum, nobis, intuitu pietatis, contulit viginti solidos de dicto reddito post decessum suum annuatim percipiendos, pro anniversario suo et benefactorum suorum singulis annis in die obitus sui a nobis faciendo. In cujus rei testimonium et firmitatem magister Walterus presentem paginam sigillo suo sigillavit. Actum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo quinto, mense februario.

Rouge livre, fol. 234, verso.

N° 117.

(AN 1235).

Autre charte de Walter, dit le Justicier, concernant la donation d'une rente annuelle de 20 sols parisis, qu'il avait faite à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés.

Universis presentes litteras inspecturis Magister Walterus de Tornaco, dictus Justiciarius, canonicus Brugensis, salutem in Domino. Noveritis quod viginti solidi parisienses quos dedi ecclesie Sancti Nicholai in pratis, post decessum meum, pro anniversario meo et parentum meorum annuatim faciendo, sicut in aliis litteris sigillo meo sigillatis plenius continetur, dedi et intellexi de primis viginti solidis qui post decessum meum ad domum Thome Roussiel percipientur. Actum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo quinto, mense februario.

Rouge livre, fol. 164, recto.

N° 118.

(AN 1236.)

Rente annuelle de douze sols parisis sur une prairie située à Hollain, et appartenant à Gilbert de Paris, chanoine de Tournay. (1).

Ce sacent til ki cest escrit veront et oront. Ke Jehans del Mont a pris a rente a Segnieur Gillebert de Paris, canonne de Tornay, demy bonnier de pres et vingt cincq verges, liquels pres gist a Holeng sour Escaut, si en doit rendre chescun an a le Saint Martin douze sols de Paris yretaulement, et de chou la il assene sor soixante et dix verges de pres kil a de coste cel demy bonier de pret ki dis est, et pour le seurte et le remembrances de ces convenences si en est fait chi escris et mis en le mains des Eskievins de Holeng dont li noms sont ci escris. Jehans del moulin, Wattiers de Calonne, Jehan le Biergiers, Wattiers del Escaut, et Jourdains li Teliers. Cist y furent com Eskievins. Ce fu fai el an del Incarnation mil deux cens trente six el mois de May.

Rouge livre, fol. 167, verso.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Domino Gilleberto de Parisius.*

N° 119.

(AN 1256).

L'official de Tournay atteste qu'Étienne de Tournay, dit Stampe, chanoine de Leuze, a vendu à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente de deux sols et six deniers parisis, sur trois maisons situées près du Mont-Saint-Médard. (1)

Magister S., de Bronborg, clericus et officialis domini Tornacensis, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod in nostra presentia constitutus Magister Stephanus de Tornaco, canonicus Lutosensis, dictus Stampe, recognovit se bene et legitime vendidisse ecclesie beati Nicolai de pratis juxta Tornacum quemdam redditum duorum solidorum et sex denariorum parisiensium, quem asserebat se habere supra tres domos sitas juxta montem Sancti Medardi, inter dictum montem et portulam Tornacensem, qui redditus quondam fuerat Sigeri Mitoulait idem magister dicebat, quem redditum idem magister quitavit et effestucavit predicte ecclesie coram nobis, recognoscens sibi fuisse satisfactum de triginta quinque solidis flandrensibus pro quibus ipsum redditum se asseruit prefate ecclesie vendidisse, et renunciavit idem magister omni juri quod habebat in redditu

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Magistro Stephano dicto Stampe.*

prenominato. In cujus rei testimonium et firmitatem presentes litteras ad instantiam memorati Magistri Stephani contulimus sigillo sedis Tornacensis sepedicte ecclesie sigillatas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo sexto, mense Augusto.

Rouge livre, fol. 188, verso.

No 120.

(AN 1237).

Siger li Musis donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés trois demeures hors la porte de Saint-Médard. (1).

Magister P., de Quercu, clericus et officialis domini Tornacensis, universis presentes litteras inspecturis salutem inDomino. Noverit universitas vestra quod Sigerus li Musis in nostra presentia constitutus contulit in puram elemosinam ecclesie beati Nicholai Tornacensis et werpivit quandam hesdam continentem tres mansiones quam habebat, ut dicebat, extra portam Sancti Medardi Tornacensis, sitam inter domum ipsius S (igeri) et portam ante dictam. In cujus rei testimonium litteras presentes sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari ad petitionem Sigeri supra dicti. Actum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo septimo, feria quinta post beati Mathei.

Rouge livre, fol. 162, recto.

---

(1) Titre du document dans le Rouge livre : *De Sigero le Musit.*

No 121.

(AN 1237).

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés achète au clerc Adam et à son épouse Jeanne un revenu de six rasières et demie de blé à percevoir sur des biens situés à Tourpes. (1).

Th (omas), decanus Sancti Brictii in Tornaeo, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus quod cum Adam clericus et ejus uxor Johanna, dicta de Tourp, quondam redditum sex raseriarum et dimidie siliginis, duobus denariis pejoris meliori, haberet in villa de Tourp, et eisdem eundem redditum solvere tenerentur Gonterus Naves, Sicherus Dassomseville et Johannes Reveris, singulis annis, in festo beati Remigii, Tornaci et in parochia beati Brictii, vel alibi ubicumque peteretur ab ipsis, dum non esset in loco remotiori a dicta villa de Tourp, pro uno bonario et dimidio terre arabilis et uno jornali prati que ab eisdem, Adam videlicet et uxore ejus, in territorio de Tourp, dicti G (onterus), et S(icherus), et J (ohannes) acceperant, ut dicebant, jam dictum redditum legitime vendiderunt supradicti Adam et uxor ejus Johanna ecclesie Sancti Nicholai de pratis juxta Tornacum pro decem et novem libris et dimidia parisiensibus, de quibus ecclesiam memoratam satisfecisse recognoverunt coram nobis. Insuper eumdem redditum dicti Adam et uxor ejus Johanna

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *Tourp*.

in nostra presentia werpiverunt dicte ecclesie Sancti Nicholai et effestucaverunt hoc modo quo ipsi possederant in perpetuum possidendum, hoc tantum excepto, quod Johannes Reveris superius memoratus, de dicto redditu duas raserias, unam videlicet quam idem ipse J (ohannes), et alteram quam S (icherus) debebat, quamdiu vixerit possidebit. Et ut hoc ratum habeatur et firmum sigilli nostri munimine roboravimus presens scriptum. Actum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo septimo, mense octobri.

Rouge livre, fol. 58, recto.

N° 122.

(AN 1237).

L'official de Tournay condamne Mathilde, veuve de Gilles de Bléharies a payer à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente viagère de quinze sols, monnaie de Flandre, accordée par le dit Gilles à son fils Waltère, chanoine de Saint-Nicolas-des-Prés.

" Magister P., de Quercu, canonicus et officialis Tornacensis, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum abbas et conventus Sancti Nicholai in pratis juxta Tornacum Mathildim, relictam Egidii de Blaheries, traxissent in causam coram nobis, talem ediderant petitionem contra ipsam. Dicunt abbas et conventus Sancti Nicholai de pratis juxta Tornacum contra Mathildim, relictam Egidii de Blaheries, quod cum dictus E (gidius), quondam maritus ejus, contulit Waltero, canonico dicte ecclesie, filio ipsius E (gidii), in elemosinam quindecim solidos flandrenses solvendos eidem W (altero), singulis annis quoad viveret, et eos assignavit recipiendos supra prata sua de Sin, et dicta M (athildis) successit dicto E (gidio) in partem predictorum pratorum, petierunt a dicta M (athilde) solvi sibi predictum redditum pro ea portione in qua successit in pratis predictis, et hec petunt salvo jure addendi, muniendi, mutandi vel corrigendi. Lite igitur super dicta petitione per negationem sollempniter contestata, prestito hinc inde calumpnie sacra-

mento, confessa est dicta M (athildis) possidere tres bonarios pratorum, paulo plus vel minus, de Sin, qui fuerunt quondam Egidii ejus mariti. Testibus ex parte dicte ecclesie productis, auditis et diligenter examinatis, publicatis attestationibus, die assignata ad dicendum in testes et dicta die etiam ad diffiniendum prefixa juris ordinem, in omnibus observato et comitato prudentum consilio, predictam Mathildim ad solvendum de elemosina petita in quantum tenet de pratis predictis per diffinitivam sententiam condempnamus. Datum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo septimo, sabbato post Oculi. (1).

Rouge livre, fol. 200, recto.

---

(1) Troisième dimanche de Carême.

N° 123.

(AN 1238.)

Watier, chevalier, sire du Quesnoy, déclare que la paix est faite entre lui et les religieux de Saint-Nicolas-des-Prés au sujet de la terre de Lambrechies. Il confirme la donation de cette terre faite par son aïeul aux dits religieux. (1)

Jou Watiers, chevaliers, sires del Caisnoit, et Jou Evrars, castelains de Leuze, fasmes a savoir a tous chiaus ki sont et ki a venir sont ki cest escrit veront et oront. Kentre mi Watier, segneur del Cesnoit, et ciaus del eglise Sainct Nicholai des pres den coste Tournay, avoit un content et un escrit de leur escluse et de leur ventaile et de leur conduit et del recet del awe del moulin de Lambrecies, longement avoit duré li contens et li escrit. Mes par le consel de sages homes et de boines gens est pais formee et estaulié entre mi Watier, seigneur del Caisnoit, et ciaus del eglise devant dite en tel maniere ke tout ensi ke li eglise avoit maintenut lor awe, lor escluse, lor ventaille et le cours de l'awe et le conduit kil lor demeure pretaulement par le tiesmongnage de le Cartre ki fu faite par lassens et par le volonté de mes Antisseurs ki bien pooir y avoient de chou faire, et si fu fait devant ceste

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Molendino et ductu aque de Lambrechies.*

cartre bien soizante deux ans ou plus, et cele miesme cartre avons nous oie et veue novielement ens el pariel en coste l'église Saint Nicholai des preś deviers le gardin. Jou Watiers, sires del Kaisnoit, et Evrars, li Castelains de Leuze, et Estievenes, maires de Leuse, et autres preudhomes et par ces raisons et cele cartre reconois Jou Watier, sires del Kaisnoit, ke cest li droit de ciaus del Eglise devant dite, en tiesmoing des Eskievins de la poeste, si come Hesselin, Gerart de Coupegnies. Hadon de Wiheries, et Hadon le Carpentier, et Robvet de Gaureng, et Evrart, le Castelain de Leuse, Stievenon, le mayeur de Leuze, Colart de Wiheries le Mayeur, Jean Roussiel de Breuze, Hanike d Augi, et autres preudomes asses de cele poeste et dautres. Pour chou ke ceste pais soit ferme et estale a tous jours, mais ke par mortoire de gens, ne par essongement de tans, ni ait jamais ke dire se bien non, en dest fait cis escris et cette cartre si ai pendu Jou Watier mon saiel, et li Castelains de Leuse le sien en tiesmongnage de le pais. Ce fu fait l'an del Incarnation Notre Segneur mil deux cens et trente et wit ans, el mois d'Avril devant le moutier de Ramecrois dales le Puch.

Rouge livre, fol. 79, recto.

N° 124.

(AN 1239).

Charte de Hugues, seigneur d'Espinoy et d'Autoing, concernant la donation faite par Watier d'Estainkike, à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. (1).

Jou Hucs, sires d'Espinoi et d'Antoing, fac a scavoir a tous chiaus ki sont et ki a venir sont et cest escrit veront et oront, ke Watiers Destainkike tenoit un fief de mi ligement en le poeste de Wames et de Maubray. Cel fief entirement ensi ke il le tenoit de mi a il vendu et raporté en me main aoes l'eglise de Saint Nicolay des Pres en costé Tournay. Et ce fu fay par loy et par jugement et par le dit de mes homes. Et disent mi homes par jugement ke il bien le pooit faire et iou bien l'eglise aireter. Et cest fief devant dit ai ou rendu et raporté entirement el main del abbé Jehan ki adonc estoit abbes del maison et del segnieur de le maison et iou ai quite a l'eglise devant dite loumage del fief, sauf chou que iou ai retenu en cel dit fief me justice et me segnorie. Et disent mi homes par le consentement de mi et par jugement ke li eglise en est bien airetee si ke dit est devant. Et pour chou ke ceste chose soit ferme et estaule et kele soit fermement tenu de mi et de mes oirs

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Terragio de Wamiis.*

ai iou ceste presente cartre confermee de mon sayel. Ce fu fait a Boucegnies el an del Incarnation nostre Segneur J. Christ mil et deus cens et trente neuf ans, el mois d'avril.

Rouge livre, fol. 48, verso.

N° 125.

(AN 1239).

Hugues, seigneur d'Espinoy et d'Antoing, donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés pour trois deniers de cens, neuf quartiers de prairies, situés à Wiers. (1).

Jou Hucs, sires Despinoit et de Antoing, fac savoir a tous ciaus ki ces letres veront et oront. Ke iou ai doné a trois deniers de cens, nuef quartiers de pres, pau plus pau moins, ki gist desous le moulin de Coulembiers, en le poeste de Wieres, al eglise de Sainct Nicholay des Pres den costé Tournay. Et tele cens doit on payer a le Nativité Saint Jean Baptiste. Et pour chou ke che soit ferme chose et estaule, iou ai ces letres confermees de men sayel. Ce fu fait el an del Incarnation Nostre Seigneur Jesu Christ mil deux cens et trente nuef ans, el mois de Octobre.

Rouge livre, fol. 65, verso.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Prato de Wieres.*

N° 126.

(AN 1239).

Donation de terres, situées à Ere, faite par Matthieu, seigneur de ce lieu, aux religieux de Saint-Nicolas-des-Prés, à charge de célébrer son anniversaire. (1).

Jou Mahius chevaliers, sires de Ere, fae savoir a tous chiaus ki veront et oront cet escrit. Ke ie doi et voel estre redevaules d'amour et de service al abbet et au convent de Saint Nicolay des pres dales Tournay pour le grande bonté que il mont faite, en chou ke il mont octroiet pour Diu et pour lamour ke il ont a mi pour souccore m'aine et pour li alegier de le paine a ke ele iert tenue en purgatore, ke li jor de men obit, iert cescun an apres men decies ramentuis en leur capitre et a iceluy jour ils feront au tel service a nostre segnieur Diu pour mon ame, ke il doivent et ont accoustumé a faire en l'anniversaire del un de leur canones. Et pour chou ke je croy vraiement ke li orisons sen va plus fiement et est plus legierement reciute devant Diu, quant li ausmone pure et devote de celui pour ki li orisons est faite le conduist et presente à Diu, Jou ai octroiet pour Diu et en ausmone al abé et au convent ki devant sont nomé par lasens et le volenté de mes deux fius Gillion et Gerart, ke tantos apries mon decies, il aient et tiengnent un

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Domino Matheo de Hera milite.*

bonnier de me fief ki gist en le pire d'Ere et le bonnier nostre Dame, et se tient au bonnier nostre Dame, en tel maniere ke tout li proufit ke il recevront cescun an decel bonnier ierent mis et emploet au jour de men anniversaire pour Diu et en ausmone a le porvance del convent de cele eglise, jusques a dont que mes drois oirs le racateront de vint livres d'Artisiens, enviers l'abbé et le convent, ki sont devant dits, sans nul decompte de ces tieres, par l'ocquison del proufit ki sour celi bonnier aront esté receu tres chiers a tel jour et quant il avenra ke mes oirs racatera cele tiere, li abbet et li convent de Saint Nicholai de chi devant sont escrit les vint livres ke il receveront au plus tos ke il poront a boine foit doivent metre en yretage acater por faire ceschun an a tous jors cele mesme pourvance au convent ki des proufis del bonnier est devant devisee. Et pour chou ke ceste chose soit ferme jou i ai men sayel pendut en tesmoignage. Ce fu fait l'an del Incarnation Nostre Segnieur mil deux cens et trente neuf, el mois de Febvrier.

Rouge livre, fol. 204, verso.

N° 127.

(AN 1239).

L'official de Tournay déclare que Feranus Delporte a tenu l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés quitte d'une rente de deux sols, monnaie de Laon. Pour se libérer les religieux de Saint-Nicolas-des-Prés avaient payé vingt-cinq sols, monnaie de Flandre. (1)

Magister P., de Quercu, canonicus et officialis Tornacensis, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod in nostra presentia constitutus dominus Feranus de Porta, miles, ecclesiam sancti Nicholai de pratis juxta Tornacum quitam clamavit libere et absolute ab annuo redditu duorum solidorum laudunensium in quo dicta ecclesia dicto militi tenebatur obnoxia, mediantibus viginti quinque solidis flandrensibus, quos dictus miles in jure coram nobis, presente procuratore ecclesie, confessus fuit se recepisse nomine venditionis, renuncians exceptioni non numerate et non solute pecunie et omni beneficio legum seu constitutionum, et promisit dictus miles, sub pena centum solidorum, heredes suos cum pervenerint ad etatem perfectam dictas venditionem et werpitionem ratas habere et laudamentum suum apponere,

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Domino Ferano de Porta milite.*

nec aliquo unquam tempore contravenire. Ad cujus rei perpetuam memoriam presentem paginam ad petitionem dicti militis fecimus conscribi et sigilli curie Tornacensis munimine roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo nono, feria secunda post Dominicam qua cantatur Oculi mei.

Rouge livre, fol. 187, verso.

N° 128.

(AN 1240.)

L'official de Tournay déclare que Walter, chanoine de Saint-Donatien à Bruges, a donné à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle de vingt sols parisis. (1).

Magister W., de Gandavo, clericus et officialis Domini Tornacensis, universis presentes litteras inspecturis in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod in nostra propter hoc presentia constitutus magister Walterus, dictus Justitia, canonicus sancti Donatiani in Brugis, recognovit se contulisse ecclesie sancti Nicholai in pratis juxta Tornacum, pro remedio anime sue, viginti solidos annui redditus libere et absolute in elemosinam; quos viginti solidos assignavit ecclesie predicte percipiendos ad redditum suum quinquaginta solidorum parisiensium, quem habet idem magister supra duas domos Thome Roussiel sitas Tornaci in vico qui dicitur in vico Balduini cantoris, ita tamen quod magister idem dictum redditum, quamdiu vitam habebit in corpore percipiet, post decessum vero ipsius magistri percipiet dicta ecclesia de dictis quinquaginta solidis viginti solidos prenotatos, parisiensis monete, ad terminos ad quos dicti quinquaginta solidi prefato magistro solvuntur. In cujus rei

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Redditu supra domos Thomæ Roussiel.*

memoriam et ut perpetuam firmitatem obtineat presentem paginam sigilli sedis Tornacensis munimine ad petitionem dicti magistri contulimus dicte ecclesie roboratam. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo, mense octobri.

Rouge livre, fol. 162, verso.

N° 129.

(AN 1240).

Compromis entre l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés et celle de Saint-Martin. (1)

Universis presentes litteras audituris vel visuris R (adulfus), divina permissione ecclesie beati Martini Tornacensis minister humilis, totusque ejusdem loci conventus salutem in eo sine quo non est salus. Universitati vestre notum facere volumus quod nos, ex una parte, et ecclesia Sancti Nicolai in pratis juxta Tornacum, ex altera, compromisimus super pluribus articulis de quibus inter nos et ipsam ecclesiam controversia vertebatur. Dicebat enim utraque pars ad invicem ab altera sibi injurias inferri, quarum injuriarum universe petitiones hinc et inde edite, prout utraque pars eas proposuit verbo ad verbum consequenter litteris presentibus annotantur. Primo dicit ecclesia Sancti Martini Tornacensis contra ecclesiam Sancti Nicolai de pratis, quod cum inter ipsas ecclesias quondam controversia esset super duobus molendinis de Rics ipsius ecclesie superioribus, et tandem fuisset inter eas compositum, ita quod ecclesia Sancti Martini habere deberet totum rivum expeditum sicuti tunc temporis erat et cursum navium expedite usque in Scaldum. Ipsa ecclesia Sancti Nicolai dicte compositionis immemor, salices plantavit in dicto rivo inter Scal-

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *Compromissum super pluribus inter Abbates Sancti Martini et Sancti Nicolai.*

dum et molendinos memoratos in prejudicium et gravamen dicte Sancti Martini Tornacensis ecclesie. Quare petit dicta ecclesia Sancti Martini ab ecclesia Sancti Nicolai ut salices quas plantavit vel fecit plantari in dicto rivo tollat vel faciat tolli, et ipsam dicto rivo de cetero pacifice gaudere permittat. Item dicit ecclesia Sancti Martini quod cum ecclesia Sancti Nicolai ipsi teneatur in duodecim denariis flandrensibus et duobus caponibus annui redditus super quadam terra sita in parochia de Vaus, sicut Gossuinus de Aldenard, quondam canonicus ipsius ecclesie sancti Nicolai, coram pie memorie Amando, quondam abbate Sancti Martini, et aliis quam pluribus dignis recognovit in claustro Sancti Martini, et confessus fuit ibidem quod redditum illum celaverit multis annis, ea de re ecclesia Sancti Nicolai redditum illum solvere contradicit. Quare petit ecclesia Sancti Martini ab ecclesia Sancti Nicolai ut redditum illum de cetero ei solvat et arrieragia refundat. Item dicit ecclesia Sancti Martini quod cum in parochia de Gaurens quedam decime novalium in terra Sancti Nicolai ad ipsam pertineant ratione personatus, et in possessione extiterit earundem, ecclesia sancti Nicolai decimas illas ipsi ecclesie Sancti Martini solvere contradicit minus juste et ipsam possessione spoliavit earundem. Quare petit restitui a possessione decimarum predictarum, et ut ipsa restituta possessione pacifica earumdem de cetero gaudere permittat. Petit etiam decimas duorum annorum jam elapsorum, quas ipsa ecclesia Sancti Nicolai, contra voluntatem et in prejudicium ecclesie Sancti Martini asportavit a dicta terra ad valorem triginta solidorum. Item dicit ecclesia Sancti Martini quod cum in parochia de Veson terragium habeat in terra Sancti Nicolai et in medio terre illius quedam petia terre Sancti Nicolai continens circiter quartarium unum, de novo excolatur, ecclesia Sancti Nicolai terragium

illius quartarii solvere contradicit, licet in terra illi per circuitum contigua terragium habeat ecclesia Sancti Martini. Quare petit ab ecclesia Sancti Nicolai ut de cetero terragium illius pechie persolvat eidem cum eadem sit ratio hic et ibi. Item dicit ecclesia Sancti Martini quod cum ecclesia Sancti Nicolai ipsi teneatur in quinque solidis annui census pro quadam terra quam tenet ecclesia ipsa Sancti Nicolai ab ecclesia Sancti Martini inter Esplechin et Castrecin, ecclesia Sancti Nicolai dictum censum solvere contradicit. Quare petit ut de cetero solvat ei censum antedictum, et ei arrieragia restituat trium annorum jam elapsorum. Ecclesia vero Sancti Nicolai in pratis juxta Tornacum conqueritur quod ecclesia Sancti Martini injuriatur eidem in pluribus. Primo scilicet quod vivarium Sancti Martini ad quatuor molendinos dissipat viam factam de terra Sancti Nicolai, ut multi asserunt, et in quam usus suos habent et habere debent, et scindunt salices quas rei veritas asserit conversos Sancti Nicolai plantavisse, quod est in prejudicium ecclesie Sancti Nicolai. Secundo vero cum terra ultra *viamliu* juxta vivarium Sancti Martini sit beati Nicolai, sicut carruca potest ire, ecclesia Sancti Martini calumniatur asserens sibi injuriam fieri, et sic asserendo diffamat ecclesiam Sancti Nicolai. Tertio videlicet in hoc quod cursus aque de Ries disrumpit, devastat et exportat rippam prati Sancti Nicolai ad crucem et alibi, et cum ecclesia Sancti Martini dicat cursum aque suum esse, debet itaque conservare cursum aque ne alii patiantur detrimentum, et cum id quod per alluvionem acquiritur cedat de jure in dominium possidentis, ecclesia Sancti Martini conqueritur nos plantasse salices in dominio nostro et sic conquerendo diffamat ecclesiam Sancti Nicolai. Hac de causa precamur vos, o domini arbitrii, quatenus super his veritatem inquiratis, ut per arbitrium vestrum jus utriusque partis pacifice conservetur. Super premissis

igitur ecclesie utriusque petitionibus compromisimus in bonos viros, videlicet in dominum Henricum, quondam abbatem dicte ecclesie Sancti Nicolai et concanonicum, et in dominum Letbertum ecclesie nostre monachum, ita quod ipsi duo de plano, absque strepitu advocatorum, et sine solempnitatibus et allegationibus juris, bona fide tenebuntur requirere jus utriusque ecclesie de querelis ante dictis, et si predicti duo in hoc concordare potuerint, quod de dictis querelis utrique ecclesie jus suum contulerint, dicto ipsorum parebimus amicabiliter et libenter. Si autem dictos duos seu componendo seu proferendo arbitrio super predictis querelis discordare contigerit, quod absit, ipsi duo communiter colligent et assument sibi tertium, et quicquid illi tres vel duo ipsorum concorditer ordinaverint vel arbitrando sive componendo protulerint, partes, scilicet ecclesia nostra et ecclesia Sancti Nicolai sepedicta tenebuntur inviolabiliter observare sub pena quadraginta librarum flandrarum parti alteri reddendarum a parte quam a dicto arbitrorum predictorum contigerit resilire. Insuper infra proximum Pascha debet istud arbitrium sub pena memorata terminari, nisi interim forte, pro justa et evidenti causa, de consensu arbitrorum vel partium, fuerit prorogatum. In cujus rei notitiam presentes litteras ecclesie Sancti Nicolai contulimus memoratas quas sigillorum nostrorum duximus munimine roborandas. Actum mense decembri anno gratie millesimo ducentesimo quadragesimo.

Rouge livre, fol. 21, verso.

N° 130.

(AN 1240).

Gilles de le Mandre donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés la dîme qu'il possédait à Inghondenghien.

Universis presentes litteras inspecturis Egidius, dictus de le Mandre, miles, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Ego, pro salute anime mee et predecessorum meorum totam decimam quam habebam in parochia de Inghondenghien, cujus parochie persona sunt abbas et conventus Sancti Nicolai de pratis juxta Tornacum, contuli et concessi dictis abbati et conventui in puram elemosinam in perpetuo possidendam. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo, mense februario.

Rouge livre, fol. 271, verso.

N° 131.

(AN 1240).

L'official de Tournay atteste que Gilles de le Mandre a donné à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés la dîme d'Inghondenghien.

Universis presentes litteras inspecturis Magister W., de Gandavo, clericus et officialis domini Tornacensis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod in nostra presentia propter hoc constitutus dominus Egidius de le Mandre, miles, quondam decimam que jacebat in personatu Sancti Nicholai de pratis juxta Tornacum apud Ingondenghien, pro salute anime sue contulit in elemosinam ecclesie beati Nicholai de pratis juxta Tornacum libere et absolute in perpetuum possidendam. In cujus rei testimonium presentes litteras ad petitionem dicti militis dicte ecclesie sigillo sedis Tornacensis dedimus sigillatas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo, mense februario.

Rouge livre, fol. 272, verso.

N° 132.

(AN 1240.)

Walter, trésorier de Cambray, concède à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés à perpétuité, moyennant certaines redevances, les biens qu'elle tenait de lui. (1).

In nomine Domini. Amen. Galterus, thesaurarius Cameracensis et custos ecclesie Anthoniensis, universis tam presentibus quam futuris presentes litteras visuris salutem in Domino. Universitati vestre volumus fieri manifestum quod nos omnia que ecclesia Sancti Nicolai de pratis juxta Tornacum tenet a nobis, ratione custodie Anthoniensis, concessimus eidem ecclesie jure perpetuo possidenda, et a nobis contra pravorum calumpniam, prout jus dictaverit, protegenda, pro quibus ipsa ecclesia tenetur nobis et successoribus nostris dicte custodie annuatim in uno modio frumenti, ad mensuram Anthoniensem, ad quatuor denarios prope de meliori, decem raseriis avene, decem caponibus et viginti denariis, Flandrie monete, et tam dictum frumentum quam avenam, capones et etiam denarios debet ipsa ecclesia nobis et successoribus nostris solvere et deliberare in expensis suis apud Anthonium in Natali Domini. In cujus rei testimonium presentem cartam prefate ecclesie contulimus sigilli nostri appensione munitam. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo, mense martio.

Rouge livre, fol. 51, verso.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre. *De custode Anthoniensi. Vn muid de froment, mesure d'Anthoing, dix rasieres d'auoine, dix chapons, et vingt deniers flandres.*

N° 133.

. (AN 1241).

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés reçoit de Hugues, sire d'Espinoy et d'Antoing, une rente en nature de cinq rasières d'avoine sur des terres situées à Wasmes, à charge de célébrer un obit pour le donateur et sa femme. (1)

Jou Hucs, sires d'Espinoit et d'Anthoing, fac savoir a tous chiaus ki ces letres veront et oront ke jai donnet pour Diu et en ausmosne al Eglise Saint Nicolai des pres en coste Tournay, cinq rasieres d'avaine de rente por faire men obit de mi et de me feme apries nos decies, la quele rente d'avaine gist en le poeste de Wames, sen doit Mainsens Daudoumeriel une rasiere, del sart Geroul, Gilles de Condet, sept havos, de Houdart Haie, Watiers li sages cinq havos au genestroit, Maroie de Vaus une rasiere au pire. Et pour chou ke ce soit ferme chose et estaule jai ces letres confermees de men saiel. Ce fu fait l'an del Incarnation nostre Segneur mil deus cens quarante et un, el mois de May.

Rouge livre, fol. 60, verso.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De quinque Raseriis auene emptis a Domino Anthonio apud Wames.*

N° 134.

(AN 1241).

Hugues, seigneur d'Espinoy et d'Antoing, délègue son bailli Gosselin, à l'occasion de la vente d'un fief à Wasmes, faite par Jean Maton et sa femme à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. (1)

Jou Hucs, sires d'Espinoit et d'Anthoing, fac a savoir a tous chiaus ki ces letres veront et oront. Ke iou ai mis Gossiel men bailliu d'Anthoing en men liu por loer et por creanter tel markiet et tel vendage ke Jehans Matons et se feme ont fait al abbet et au couvent de Saint Nicolay des pres d'en coste Tournay d'un fief qu'il tient de mi a Wasmes et chou que cins Gossians en fera pour mi jou le creant et loe come sires. Ce fu fait el an del Incarnation mil deus cens et quarante et un, el mois de May.

Rouge livre, fol. 57, verso.

---

(1) Le titre de ce document dans le Rouge livre est : *Wasmes.*

N° 135.

(AN 1241).

Jean, curé de Saint-Piat, et Guillaume le Chantre, procurateurs des pauvres de Saint-Piat, et Terric Kains de Saint-Médard vendent à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une maison pour huit livres et dix sols, monnaie de Flandre.

Universis presentes litteras inspecturis, Magister W., de Gandavo, clericus et officialis domini Tornacensis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod in nostra presentia constituti Magister Johannes, presbiter Sancti Piati Tornacensis, et Willelmus, dictus Cantor, procuratores pauperum parochie Sancti Piati Tornacensis, et Terricus, dictus Kains de Sancto Medardo, recognoverunt se vendidisse bene et legitime ecclesie beati Nicholai de pratis pro octo libris et decem solidis Flandrensibus, quandam domum sitam super Riscum, ante domum Katharine Crokine, in qua dicti pauperes habebant medietatem, et Terricus predictus aliam medietatem, quam dicti pauperes et Terricus tenebant de dicta ecclesia sub annuo reddi‍tu quinque solidorum Flandrensium et duorum caponum. Werpierunt et dicti procuratores, nomine ipsorum pauperum, et dictus Terricus, nomine suo, domum predictam ad opus dicte ecclesie coram nobis, renuntiantes omni juri quod ipsis in dicta domo competebat. Promiserunt insuper dicti procuratores, nomine dictorum pauperum, et dictus T (erricus), nomine suo, fide et juramento interpositis, quod contra dictam venditionem, nullo tempore venient, nec artem, nec ingenium querent qui-

bus dicta ecclesia supra dictam domum molestetur. Adhuc recognoverunt dicti procuratores se dictam domum, consilio et consensu proborum virorum parochie Sancti Piati, vendidisse ecclesie supra dicte. In cujus rei testimonium presentes litteras contulimus dicte ecclesie, ad petitionem dictorum procuratorum et Terrici, sigillo sedis Tornacensis sigillatas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo, feria quarta post Trinitatem.

Rouge livre, fol. 181, verso.

No 136.

(AN 1241).

Jean Aletack donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle de 20 sols, monnaie de Flandre, 17 sols, monnaie de Laon, et huit chapons. En outre il fait don au même monastère d'une somme de onze livres, monnaie de Flandre. (1)

Magister W., de Gandavo, canonicus et officialis Tornacensis, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod in nostra propter hoc presentia constitutus Johannes, dictus ad Labem, civis Tornacensis, contulit in elemosinam et se contulisse recognovit ecclesie beati Nicholai de pratis juxta Tornacum viginti solidos Flandricos, et decem et septem solidos Laudunenses, et octo capones annui redditus, quos viginti solidos Flandrenses assignavit dicte ecclesie percipiendos supra duas domos Terrici Sartiel, que site sunt in capite vici qui dicitur de Wes, (2) novem solidos et dimidium Laudunenses et duos capones assignavit supra quatuor domos quas tenent Andreas Candiee, Simon de le Folie, Richerus et Walterus Banke, sex solidos et decem denarios Laudunenses assignavit supra quandam domum Stephani medici que sita est retro pomerium ejus, duodecim denarios Lau-

(1) Dans le Rouge livre ce document est intitulé : *De Redditu Johannis ad Labem.*

(2) C'est la rue Duwez.

dunenses assignavit supra domum Johannis Catine, que quondam fuit Walteri de Orcha tannatoris. Totum hunc redditum prenominatum contulit dictus Johannes in elemosinam predicte ecclesie, et percipiendum ad dictos hospites suos in perpetuum assignavit. Contulit et in elemosinam et se contulisse recognovit idem Johannes predicte ecclesie undecim libras Flandricas de quibus predicta ecclesia emit decem et septem solidos Flandricos annui redditus supra quandam terram accipiendos apud curtem de Boucegnies. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo, feria secunda post beati Remigii.

Rouge livre, fol. 165, verso.

N° 137.

(AN 1241).

Walter de Sauvage, bourgeois de Tournay, donne, à titre gratuit, à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés trois quartiers et demi de terre, situés sur la paroisse de Saint-André, près Tournay.

Universis presentes litteras inspecturis Magister W., de Gandavo, canonicus et officialis Tornacensis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Walterus, dictus li Sauvage, civis Tornacensis, coram nobis propter hoc constitutus contulit simpliciter et absolute ecclesie Sancti Nicholai de pratis juxta Tornacum tres quartarios et dimidium terre, site in parochia Sancti Andree juxta Tornacum, in puram elemosinam, pro remedio anime sue et antecessorum suorum in perpetuum possidendos. In cujus rei testimonium ad petitionem dicti W (alteri) presentes litteras sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo, mense martio.

Rouge livre, fol. 136, recto.

N° 138.

(AN 1242).

Sarra de Lens, veuve de Pierre Gotier, et ses enfants, approuvent la donation d'une rente annuelle de cent sols parisis et de deux deniers de cens, faite par ledit Pierre Gotier à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. (1).

Magister W., de Gandavo, canonicus et officialis Tornacensis, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Sarra de Lens, relicta Petri Gotier, civis Tornacensis, Johanna, filia ejusdem Sarre, et Terricus, maritus ipsius Johanne, coram nobis constituti, collationem elemosine quam fecisse confessi sunt predictum Petrum Gotier ecclesie Sancti Nicholai in pratis juxta Tornacum de centum solidis parisiensibus annui redditus et duobus denariis Laudunensibus censualibus, quem redditum idem Petrus habebat supra domum Nicholai Lanoer sitam infra portam de Malleis, juxta domum Walteri de Salvage, benigne approbarunt, promittentes, fide et juramento interpositis, quod dicte elemosine de cetero per se vel per alium nullatenus contraibunt, nec in dicto redditu jus aliquod in posterum reclamabunt, renunciantes coram nobis expresse omni juri, si quod eis in dicto redditu et

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Sarra de Lens et Johanna ejus filia.*

censu duorum laudunensium competere poterat, vel etiam competebat. Preterea concesserunt quod nos ipsos per censuram ecclesiasticam compescamus si in eisdem redditu et censu jus aliquod per se vel per alium sibi presumpserint aliquo tempore vendicare, et quantum ad hoc se supposuerunt juridictioni civis Tornacensis. In cujus rei memoriam presentes litteras dicte ecclesie ad predictorum instantiam contulimus, sigilli sedis Tornacensis munimine roboratas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, in vigilia apostolorum Simonis et Jude.

Rouge livre fol. 164, verso.

No 139.

(AN 1242).

Charte de Hugues, seigneur d'Espinoy et d'Antoing, concernant l'échange de rentes et de terres fait entre l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés et Henri de Wasmes (1).

Jou Hucs, sires d'Espinoit et d'Anthoing, fac savoir a tous chiaus ki ces letres veront et oront ke Henris, li maires de Wames, mes hom tout le tierage entirement ensi kil le tenoit de mi en le poeste de Wames et trois quarterions d'avaine de rente et un quartenel de soille, et cinc capons et quatre solz et trois deniers de blans, at il escangié al eglise de Saint Nicolay des pres dales Tornay, par men gré et par me volontét, a six boniers de tiere ke li eglise len a donné en escange, ki gist en le poeste de Wames, et ke cil Henris a repris de mi en fief en liu de ces coses ki devant sont nomeez. Et cil six boniers de tieres gisent as Karniaus au bruiet, a Landricamp, au tilluel, dales le pire et si a cil Henris assenet l'eglise devant dite a quatre bonniers dele tiere ki devant est nomee, ke sil advenoit chose ke li feme Henri demandoit ne reclamoit aucun droit en nom de douaire ou tierage et es rentes devant dites, li eglise de Saint Nicholai tenoit ces quatre bonnieres de tieres juskatant ke li douaire serait eskeus, et que leure que cil douaire soit

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *Terragia Henrici de Wames.*

eskeue, li tierage et les rentes reveront a l'eglise devant dite, et li quatre bonieres de tiere reveront al oir Henri devant dit, et ces choses ki devant sont dites furent faites par devant mi et par devant mes homes bien et loyaument. Et pour chou que ce soit ferme chose et estaule jai ces lettres saielees de men sayel. Ce fu fait l'an del Incarnation nostre Segneur Jesu Christ mil et deus cens et quarante deus ans, el mois de Janvier.

Rouge livre, fol. 61, verso.

N° 140.

(AN 1243).

Charte de Guillaume, doyen de Saint-Brice, déclarant que Brice Moutons a donné à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés vingt sols de rente annuelle, monnaie de Flandre, et à l'hôpital de Saint-Nicolas dix sols, également de rente, même monnaie, sur une maison située à la rue de Pont. (1).

Universis presentes litteras visuris, Willelmus, decanus Sancti Brictii in Tornaco, salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus quod Rissendis, dicta Faussete, coram nobis constituta recognovit quod Brictius, dictus Moutons, laborans in extremis, frater ipsius Rissendis, contulerat in elemosinam pro remedio anime sue ecclesie beati Nicholai de pratis viginti solidos flamingorum et hospitali dicti loci decem solidos dicte monete annui redditus, quos triginta solidos ipsa Rissendis assignavit percipiendos supra domum lapideam Walteri de Atrio, sitam Tornaci in vico pontis, dicens quod dictus Brictius tum redditum habebat supra dictam domum, et si dicta ecclesia et dictum hospitale dictum redditum recipere non posset, promisit quod de

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *De Redditu Brictii Moutons.*

medietate dicti redditus ipsis alibi faceret sufficiens assignamentum, recognoscens dictum debitum debere persolvi annuatim in Natali Domini. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, sabbato ante omnium sanctorum.

Rouge livre, fol. 170, verso.

N° 141.

(AN 1244).

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés achète à Matthieu le Clerc trois quartiers de terre, situés près du Rieu de Barges, vers Saint-Nicolas, pour 22 livres, monnaie de Flandre.

Magister J., de Orchies, clericus et officialis domini Tornacensis, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod propter hoc in nostra presentia constitutus Matheus clericus, filius quondam Nicholai de Sancto Piato, recognovit se vendidisse bene et legitime abbati et conventui Sancti Nicholai de pratis juxta Tornacum tres quartarios terre sue, site in una petia ad rupem supra ortos de Ries, pro viginti duabus libris flandricis, de quibus recognovit coram nobis in pecunia numerata sibi fuisse satisfactum, ita tamen quod si plus inveniatur in dicta petia vel minus trium quartariorum juxta ratam diminuetur de pretio vel augebitur, quam terram dictus M (atheus) clericus procuratori dictorum abbatis et conventus werpivit et effestucavit coram nobis, promittens, fide et juramento interpositis, quod in predicta terra per se vel per alium nichil juris de cetero sibi vendicabit vel vendicari procurabit, concedens quod si contra promissa vel aliquid promissorum veniret, quod ipsum ad desistendum per censuram ecclesiasticam compelleremus. In cujus rei testimonium litteras presentes ad petitionem dicti Mathei clerici

dictis abbati et conventui contulimus sigillo sedis Tornacensis sigillatas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, mense februario.

Rouge livre, fol. 138, recto.

N° 142.

(AN 1245).

Monard, bourgeois de Tournay, vend à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés, le produit d'un quartier de terre, situé sur la paroisse de Gaurain, près du lieu dit Loupegnies.

Universis presentes litteras inspecturis decanus christianitatis Sancti Brictii in Tornaco salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod in nostra constitutis propter hoc presentia procuratore abbatis et conventus Sancti Nicholai de pratis juxta Tornacum et Monardo, dicto Loskegnuel, cive Tornacensi, recognovit dictus M (onardus) dictis abbati et conventui se vendidisse proventus unius quartarii terre, pro quadraginta solidis, flandrensis monete, quos proventus dictus M (onardus) de quinquannio in quinquannium percipere debebat, sicut coram nobis recognoverunt dictus procurator et M (onardus) prenominatus, et quicquid juris habebat dictus M (onardus), habuerat et habere poterat in dicta terra, que sita est in parochia de Gauraing, prope locum de Loupegnies, qui M (onardus) prenotatus dicto procuratori habenti supra hoc potestatem, dictum terre quartarium adhuc coram nobis vendidit pro dicta summa pecunie, et eidem per festucam werpivit, et in manu sua reportavit ad opus ecclesie supra dicte, et confessus fuit dictam pecuniam in sicca et numerata pecunia et regali se recepisse, et eo nomine sibi fuisse satisfactum. Promittens, fide et juramento corporaliter prestitis, contra dictam venditionem se nunquam venturos se et suos heredes ad observationem dicti

contractus et sub pena de cento libris flandrensibus in perpetuum obligando, et renunciavit omni exceptioni non solute et non numerate pecunie, et omni alii legis auxilio seu constitutionis nove vel veteris, et omni juris beneficio quod sibi vel heredibus suis in presens vel in futurum competere posset. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, mense novembri.

Rouge livre, fol. 190, recto.

N° 143.

(AN 1246).

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés achète à Nicolas de Vaulx et à son épouse, une rente annuelle de trente sols parisis, sur des biens situés à Péronnes, sur la paroisse de Saint-Pierre d'Antoing.

Universis presentes litteras visuris officialis Tornacensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Nicholaus de Valle et Maria, filia Stephani de Leseles, ejus uxor, in jure coram nobis propter subnotata constituti, recognoverunt se bene et legitime vendidisse ecclesie Sancti Nicholai de pratis juxta Tornacum triginta solidos parisienses annui redditus pro decem et octo libris parisiensibus, de quibus recognoverunt coram nobis sibi plenarie fuisse satisfactum, quos triginta solidos annui redditus dicta ecclesia recipere debet ab ipsis N (icholao) et M (aria), ejus uxore, et a suis successoribus in perpetuum, quolibet anno, infra tales terminos, videlicet in nativitate beati Johannis Baptiste quindecim solidos parisienses, et in festo beati Remigii sequente alios quindecim solidos, ejusdem monete, de quibus triginta solidis dictam ecclesiam assignaverunt supra tres quartarios prati eorum jacentis in parochia Sancti Petri Anthoniensis, apud Peronam, quod vocatur pratum apud sartum Stephani de Leseles, et supra unum quartarium terre eorum jacentis in eadem parochia ad locum qui dicitur as pieres Jumieles, promittentes, fide et juramento corporaliter prestitis, quod de cetero contra dictam venditionem per se vel

per alios non venient, nec ipsam ecclesiam super dicto redditu aliquatenus molestabunt vel molestari procurabunt. Et juravit dicta M (aria) coram nobis quod in dicto redditu nichil juris, ratione dotis seu assignamenti sibi facti, de cetero reclamabit, et concesserunt tam dictus N (icholaus) quam Maria, ejus uxor, si in solutione dicti redditus terminis statutis deficerent, vel si in aliquo promissorum contravenirent, se posse a nobis vinculo excommunicationis innodari. Et quantum ad hoc se nostre juridictioni supposuerunt ubicumque commorentur, se, suos successores, et etiam bona sua mobilia seu immobilia ipsi ecclesie obligantes, et nostre juridictioni supponentes. In cujus rei testimonium presentes litteras ipsi ecclesie ad instantiam dictorum N (icholai) et ejus uxoris contulimus sigilli sedis Tornacensis impressione signatas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, sabbato post Quasimodo.

Rouge livre, fol. 180, recto.

N° 144.

(AN 1246).

Gilles Gigot donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés sa maison, située sur la paroisse de Saint-Quentin, à Tournay. (1).

Universis presentes litteras visuris officialis Tornacensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod in nostra presentia propter subnotata constitutus Egidius, dictus Gigos li taillieres, recognovit in jure se bene et legitime contulisse in elemosinam ecclesie Sancti Nicholai de pratis, juxta Tornacum, et contulit coram nobis, et per festucam werpivit in manus Prioris dicte ecclesie domum suam, cum fundo et appenditiis ipsius domus, sitam in parochia Sancti Quintini Tornacensis, contiguam domui Gosseli, dicti Fabri, que domus tenetur cum appenditiis ejusdem a Johanne, dicto Pauket, canonico Tornacensi, Isabella, quondam uxore Walteri le Sauvage, et pauperibus parochie Sancti Quintini Tornacensis, sub annuo censu, concedens et volens dictus E (gidius) quod dicta ecclesia dictam domum, cum fundo et appenditiis ejusdem, libere et absolute teneat et possideat in perpetuum, et de eadem faciat fructus suos secundum quod ipsi ecclesie visum fuerit expedire. Et promisit idem E (gidius) coram nobis, fide et juramento corporaliter prestitis, quod de cetero contra dictam collationem per se vel per alium non veniet, nec in dicta domo et fundo cum ap-

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Egidio Gigot.*

penditiis ejusdem nichil juris reclamabit, seu eandem ecclesiam super promissa aliquatenus molestabit vel molestari procurabit. Quod si faceret vel in aliquo promissorum contraveniret, concessit quod nos ipsum ad desistendum per censuram ecclesiasticam compellemus in quacumque dyocesi commoraretur. In cujus rei testimonium presentes litteras dicte ecclesie contulimus, ad instantiam Egidii predicti, sigilli sedis Tornacensis impressione signatas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, mense junio, feria quinta post festum beati Barnabe apostoli.

Rouge livre, fol. 161, recto.

N° 145.

(AN 1246).

Le Pape Innocent IV autorise les religieux de l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés à recevoir des héritages. (1)

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Nicolai, ordinis Sancti Augustini, juxta Tornacum, salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis vestre precibus inclinati auctoritate vobis presentium indulgemus, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, exceptis feudalibus, que personas fratrum ad monasterium vestrum e seculo fugientium et professionem facientium in eodem, si remansissent in seculo, ratione successionis, vel quocumque alio justo titulo contigissent, petere, percipere et retinere libere valeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Lugduni XII° kalendas decembris, pontificatus nostri anno quarto.

Rouge livre, fol. 11, recto.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : De eodem, c'est-à-dire, *De succedendo loco religiosorum in bonis parentum defunctorum.*

N° 146.

(AN 1246.)

Le Pape Innocent IV accorde à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés le privilége de ne pouvoir être frappée d'excommunication d'une manière générale.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Nicolai, ordinis Sancti Augustini, juxta Tornacum, salutem et apostolicam benedictionem. Cum nuper prohibuerimus ne in universitatem vel collegium excommunicationis sententia proferatur, volentes animarum vitare periculum, quod exinde sequi posset cum nonnunquam contingeret innoxios etiam hujusmodi sententia irretiri, sed in illos dumtaxat de collegio vel universitate, quos culpabiles esse constiterit, promulgetur, nos, vestris supplicationibus inclinati, prohibitionem hujusmodi circa universitatem vestram auctoritate presentium decernimus observandam. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Lugduni XII° calendas decembris, pontificatus nostri anno quarto.

Rouge livre, fol. 13, recto.

N° 147.

(AN 1246.)

Le Pape Innocent IV accorde vingt jours d'indulgence à ceux qui visiteront l'église de Saint-Nicolas aux fêtes de ce glorieux confesseur.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Nicolai, juxta Tornacum, ordinis Sancti Augustini, salutem et apostolicam benedictionem. Ad veneranda sanctorum merita gloriosa fideles Christi eo libentius invitamus quo ad eorum salutem novimus specialius pertinere. Cupientes igitur ecclesiam vestram ob beati Nicholai merita confessoris, in cujus vocabula, sicut lecta nobis continebat vestra petitio, est fundata, congruis honoribus frequentari, omnibus vere penitentibus et confessis, qui, ad ecclesiam ipsam, in festivitatibus ipsius confessoris, cum devotione accesserint veneraturi ejusdem merita, et devote illius suffragia petituri, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi, viginti dies de injuncta sibi penitentia annis singulis misericorditer relaxamus. Datum Lugduni Nonas Decembris, Pontificatus nostri anno quarto.

Rouge livre, fol. 274, recto.

N° 148.

(AN 1246.)

Walter Limèchons vend à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle de deux sols parisis, moyennant vingt sols, monnaie de Flandre. (1)

Officialis Tornacensis universis presentes litteras visuris salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Walterus, dictus Limechons, recognovit in jure coram nobis se bene et legitime vendidisse ecclesie sancti Nicholai de pratis, prope Tornacum, duos solidos parisienses annui redditus, pro viginti solidis flandrensibus. De quibus idem Walterus recognovit plenarie sibi fuisse satisfactum ab ecclesia supradicta, percipiendos annuatim ab eadem ecclesia in perpetuum supra tria hospitia ipsius Walteri, et supra gardinum ejusdem, sita in parochia Sancti Piati Tornacensis, ad locum qui dicitur Canteraine, contra domum Willelmi de pratis, quolibet anno, duodecim denarios, ejusdem monete, in nativitate Domini, et alios duodecim denarios, ejusdem monete, in nativitate beati Johannis Baptiste sequente. Et promisit idem W (alterus), fide et juramento corporaliter prestitis, quod de cetero contra dictam venditionem per se vel per alium non veniet, nec eandem ecclesiam super dicto redditu aliquatenus molestabit vel molestari procurabit. Quod si

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Redditu supra domum Lymeçon.*

faceret aut in aliquo promissorum contraveniret, concessit quod nos ipsum ad observationem promissorum per censuram ecclesiasticam compellemus, et quantum ad hoc se et heredes suos obligavit erga ecclesiam supradictam. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo sedis Tornacensis, ad instantiam dicti Walteri, fecimus sigillari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, in crastino Cinerum.

Rouge livre, fol. 196, recto.

N° 149.

(AN 1246).

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés achète à Étienne Bicherons et à son épouse Agnès une rente annuelle de deux chapons. Cette rente était sur la maison desdits vendeurs, à Canteraine. (1).

Officialis Tornacensis universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Stephanus, dictus Bicherons, clericus, et ejus uxor Agnes, coram nobis propter subnotata constituti recognoverunt in jure se bene et legitime vendidisse ecclesie Sancti Nicholai de pratis, prope Tornacum, duos capones annui redditus, pro undecim solidis flandricis, de quibus recognoverunt sibi plenarie fuisse satisfactum ab ecclesia supradicta, percipiendos, quolibet anno, in perpetuum ab ecclesia supradicta, supra domum suam, sitam in parochia Sancti Piati, apud Cantheraine, prope domum Willelmi, dicti parvi, et supra ortum eorum sive gardinum, ubi sita est dicta domus, in nativitate Domini, fide et juramento corporaliter prestitis, promittentes, quod de cetero contra dictam venditionem per se vel alios non venient, nec dictam ecclesiam super dicto redditu aliquatenus molestabunt vel molestari

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De redditu supra domum Stephani Biccron*.

procurabunt. Quod si facerent aut in aliquo promissorum contravenirent, concesserunt quod nos ipsos ad desistendum per censuram ecclesiasticam compellamus, et quantum ad hoc se juridictioni civis Tornacensis supposuerunt ubicumque commorentur, et ad omnia promissa se, et suos heredes, et successores obligarunt erga ecclesiam memoratam. In cujus rei testimonium presentes litteras, ad instantiam dictorum Stephani et ejus uxoris, fecimus sigillari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, feria secunda post dominicam qua cantatur *Invocabit me*. (1).

Rouge livre, fol. 172, verso.

---

(1) 1er Dimanche de carême.

N° 150.

(AN 1247).

Agnès, veuve de Walter Bochart, et son fils Jean vendent à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle de cinq sols parisis, sur leur maison située rue du Wez, hors la porte de Saint-Piat. (1)

Officialis Tornacensis universis presentes litteras visuris salutem in Domino. Universitati vestre, tenore presentium, volumus esse notum quod Agnes, relicta Walteri quondam Bochart, et Johannes, ejus filius, coram nobis propter hoc constituti, recognoverunt in jure se bene et legitime vendidisse ecclesie Sancti Nicholai de pratis, prope Tornacum, et vendiderunt coram nobis quinque solidos parisienses annui redditus, pro sexaginta solidis flandrensibus, de quibus recognoverunt sibi in numerata pecunia plenarie fuisse satisfactum ab ecclesia supradicta, percipiendos annuatim ab ipsa ecclesia in perpetuum, supra domum ipsorum Agnetis et Johannis, sitam in vico de Wes, extra portam Sancti Piati Tornacensis, quolibet anno, infra tales terminos, videlicet in Natali Domini, viginti denarios parisienses, in Pasca Domini sequente, viginti denarios parisienses, et in nativitate beati Johannis Baptiste sequente, viginti denarios, monete supradicte, promittentes, fide et juramento ab ipsis

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *Littere redditus supra domum Agnetis Bochart.*

prestitis corporaliter, quod contra hujusmodi venditionem per se vel per alios nec venient, nec ipsam ecclesiam super dicto redditu, seu supra perceptionem ejusdem aliquatenus molestabunt, vel procurabunt molestari. Quod si facerent, aut in solutione dicti redditus, prout superius dictum est, deficerent, concesserunt se posse a nobis vinculo excommunicationis innodari, et quantum ad hoc se nostre juridictioni supposuerunt ubicumque commorentur, obligantes expresse se, et sua, et suos heredes, si quos eos in futurum habere contingat, sive successores ad premissa fideliter observanda erga ecclesiam sepedictam. In cujus rei testimonium presentes litteras, ad petitionem dictorum Agnetis et Johannis, sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, in die divisionis apostolorum.

Rouge livre, fol. 184, verso.

N° 151.

(AN 1247).

Charte de Walter de Marvis, évêque de Tournay, notifiant que les religieux de Saint-Nicolas-des-Près et Michel de Cysoing, chanoine de Saint-Paul, à Liége, mettent fin aux différends qui existaient entre eux.

W (alterus), Dei gratia Tornacensis episcopus, universis presentes litteras visuris salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod constituti propter (hoc) in nostra presentia abbas et conventus Sancti Nicholai de pratis juxta Tornacum, ex una parte, et Michael, dictus de Cysonio, canonicus Sancti Pauli in Leodio, ex altera, de omnibus causis, querelis, controversiis, debitis, contractibus et conventionibus usque ad diem hodiernum inter ipsos habitis, in arbitros, videlicet viros venerabiles et discretos Sancti Martini Tornacensis, de Cysonio abbates, thesaurarium Tornacensem, et Henricum, dictum ad Labem, prepositum Tornacensem, compromiserunt. Promittentes, fide et juramento interpositis, sub penacentum marcarum sterlingorum parti observanti arbitrium predictorum aperte ab ipso arbitrium resiliente reddendorum, se firmiter observaturos, quicquid dicti arbitri super premissis omnibus duxerint ordinandum. Rato nichilominus predictorum arbitrorum arbitrio remanente, si ab altera partium, quod absit, penam predictam contingeret committi, ita quod quotiens contra arbitrorum predictorum arbitrium veniatur, totiens a parte contraveniente pena

predicta committatur. Dicti vero abbas et conventus Sancti Nicholai quantum ad observandam predictorum arbitrorum ordinationem et solvendam dictam penam dicto Michaeli, si ab ipsis committatur, quod absit, universa bona sua que habent in dyocesi Tornacensi, vel alibi obligaverunt, Michaeli sepedicto, et se, et dicta bona sua, quantum ad premissa nostre supposuerunt juridictioni, ac super premissis dicto Michaeli suas patentes litteras tradiderunt, nostro in premissis omnibus interveniente consensu. Prefatus autem Michael, quantum ad observandam ordinationem arbitrorum predictorum et dictam penam solvendam, si ab ipso committatur, quod absit, universa bona sua mobilia et immobilia que habet in dyocesi Tornacensi, vel alibi, ipsis abbati et conventui Sancti Nicholai obligavit et nostre supposuit juridictioni, promittens, fide media, litteras reverendi Patris, Dei gratia, Remensis archiepiscopi, vel ejus officialium, infra nativitatem Domini venturam proximo, de supponendo se nostre juridictioni, quantum ad observanda premissa, dictis abbati et conventui Sancti Nicholai se daturum, reservata, de consensu et voluntate partium predictarum, dictis arbitris potestate declarandi si aliqua post prelatum dictum suum inventa fuerint declaranda. In cujus rei testimonium, et ut premissa firma maneant, presentibus litteris sigillum meum una cum sigillis predictarum partium fecimus nos appendi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, dominica post festum omnium sanctorum.

Rouge livre, fol. 197, recto.

N° 152.

(AN 1248.)

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés cède à Matthieu Pincet, de Templeuve, un bonnier de terre, moyennant une rente annuelle, en nature, de quatre rasières et demie de blé.

Ce sachent tout cil ki sont et ki a venir sont ki ceste escrit veront et oront ke li Eglise de Saint Nicolai des pres dales Tournay, at donnet a Mahiu Pincet de Templeuve, un bonnier de tiere a luy et a sen oir yretaulement pour quatre rasieres et demie de blet cescun an, a payer au Noel de tel blet ke li grange dimeraite de Templeuve rent. Ce fu fait l'an del Incarnation mil et deus cens et quarante huict.

Rouge livre, fol. 237, recto.

N° 153.

(AN 1248).

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés achète à Gilles Manticours dix quartiers et demi environ de terre, arables, situés vers Hubert-lieu.

Universis presentes litteras visuris officialis Tornacensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod in presentia nostra et in jure propter ea subnotata constituti Egidius Manticours, Maria de Platea, ejus uxor, Johannes et Jacobus, filii dicte Marie, recognoverunt se vendidisse ecclesie beati Nicholai de pratis, juxta Tornacum, bene et legitime decem quartarios et dimidium, quatuor virgas minus terre sue arabilis, site versus Hubert liu, ad locum qui dicitur vies Marliere. Recognoverunt etiam werpivisse predictam terram dicte ecclesie, coram Johanne de Rongi, cive Tornacensi, a quo dicta terra tenetur, et scabinis de Cerck, sub quorum scabinatu dicta terra sita est, pro quadam summa pecunie, de qua sibi ad plenum esse satisfactum recognoverunt ab ecclesia supradicta. Item werpiverunt eandem terram ipsi ecclesie dicti E (gidius), ejus uxor, et liberi predicti coram nobis, promittentes, fide et juramento interpositis, quod contra dictam venditionem de cetero non venient, nec per se, nec per alium venire procurabunt. Immo ipsam ecclesiam dictam, tamquam suam propriam hereditatem, pacifice possidere permittent in futuris, nichil juris in eadem reclamantes. Et concesserunt si ipsos contra presentes litteras, vel contenta in eisdem venire contingeret, quod nos ipsos ad desistendum et ad observandum omnia et singula premissa per censuram ecclesiasticam compellemus

ubicumque moram facerent, quantum ad hoc, se et sua, que pro predictis omnibus observandis firmiter, sicut sunt expressa, specialiter obligarunt, supponentes nostre juridictioni, et renunciaverunt expresse omni exceptioni ecclesiastice et civili doli et fraudis, et omni alii qui sibi prodesse posset contra predictam, et dicte ecclesie obesse, et maxime exceptioni non numerate pecunie. Insuper dicti E (gidius), ejus uxor, et liberi predicti promiserunt ei ecclesie quod dictam terram erga quoscumque juri et legi stare volentes garandisabunt. In cujus rei memoriam presentes litteras, ad preces predictorum E (gidii), ejus uxoris, et liberorum predictorum, sigillo sedis Tornacensis dicte ecclesie contulimus sigillatas. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, sabbato ante Nativitatem beate Marie virginis.

Rouge livre, fol. 132, recto.

N° 154.

(AN 1248).

Nicolas de Calonne, chanoine de Leuze, vend à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés douze deniers de cens, trente-neuf sols de rente, monnaie de Flandre, annuellement. Le chevalier Watier del Aulnoit autorise cette vente.

Jou Watiers del Aulnoit, chevalier, fac savoir a tous chiaus ki ces lettres veront et oront. Ke jou ay loct et octriet ke Nichole de Calonne, canones de Leuse, ait vendu al abbet et au couvent de Saint-Nicholay des pres dales Tournay douze deniers de cens, et trente noeuf solz de rente de Flandres, ke Watiers de Calonne, ses freres, li devoit par an le jour Saint Jean Baptiste sor tout le pret qui fu Nichole de Calonne, lor pere chevalier, ki siet entre le mes Watiers devant dit et lescaut, et lune partie de cel piece que Nichole devant dit tenoit de mi en fief. Jou li aie quité clame et tous les drois ke jou y avoie, kar il ma assenet autre pret aussi souffisant dont il est mes home, ensi come il estoit de celuy si bien faitement ke ie men tien bien a payet. El tesmoing de ces lettres ke jou aie sayelees de mon saiel. El an del Incarnation mil deux cens quarante huict, el mois de Septembre.

Rouge livre, fol. 185, verso.

---

ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Lugduni X° calendas Augusti, Pontificatus nostri anno septimo.

Rouge livre, fol. 9, verso.

N° 159.

(AN 1249).

Le Pape Innocent IV charge l'archidiacre de Valenciennes et le doyen de l'église de Saint-Géry, à Cambray, de faire une enquête au sujet des converses de Saint-Nicolas-des-Prés, dont s'étaient plaints l'abbé et les religieux de ce monastère.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis archydiacono in Valencenis, et decano ecclesie Sancti Gaugerici, Cameracensis, salutem et apostolicam benedictionem. Abbas et conventus monasterii Sancti Nicholai in pratis juxta Tornacum, ordinis Sancti Augustini, nobis conquerendo monstrarunt, quod cum olim in domo ipsorum, juxta muros ipsius monasterii, constituta, que capella vulgariter nuncupatur, mulieres illiterate, que lanam, et alia ipsius monasterii animalium nutrimenta servabant, aliquamdiu permansissent, tandem, propter scandala que frequenter in ipso monasterio oriebantur, occasione mulierum ipsarum, extitit in generali capitulo ordinis predicti statutum, ut de cetero in aliquibus domibus vel locis ordinis predicti nulla mulier penitus moraretur. Et licet statutum hujusmodi fuisset per sedem apostolicam confirmatum et inviolabiliter in eodem monasterio observatum, nihilominus tamen venerabilis frater noster, episcopus Tornacensis loci dyocesis, institutas presumit in domo ipsa auctoritate propria mulieres in eorum prejudicium et gravamen conservare, contra statutorum confirmationem predictam temere veniendo.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellatione postposita, decernatis, facientes quod decreveritis auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Datum Lugduni quarto nonas Augusti, Pontificatus nostri anno septimo.

Rouge livre, fol. 275, verso.

N° 160.

(AN 1250.)

L'abbaye de Flines vend à celle de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle de vingt sols parisis, sur une maison située au Bruille. (1).

Universis presentes litteras visuris, soror Oda, dicta abbatissa de honore beate Marie, juxta Felinnes, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod nos viginti solidos parisienses annui redditus, quos habuimus supra domum quandam sitam in Bruleo, que fuit quondam Gossuini de Bruleo, capellani in ecclesia Tornacensi, et nunc est Colardi, dicti de Borgnon, pro maxima et evidenti utilitate ecclesie nostre, habita deliberatione pleniori, et facta legitime et competenti subhastatione, vendidisse et werpivisse bene et legitime, secundum legem patrie, et consuetudinem loci, ubi dicta domus sita est, per fratrem Abraham, conversum nostrum, cui super hoc, per litteras nostras super hoc confectas, plenariam contulimus potestatem et mandatum speciale, cujus factum ratum habemus et firmum super premissa, ecclesie Sancti Nicholai in pratis, juxta Tornacum, pro pretio quindecim librarum et dimidium parisiensium, quam pecunie summam recognoscimus expresse nos ad plenum, ex parte dicte ecclesie, recepisse ex pecunia numerata, et in usus nostros necessarios et utiles

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De viginti solidis Turonensibus in Bruleo.*

totaliter convertisse, videlicet in terra equivalenti nobis necessaria et plurimum fructuosa; confitemur, et conditionem ecclesie nostre, ex dicta venditione, factam fuisse et esse meliorem. Promittimus autem quod contra dictam venditionem nullo modo, per nos vel per alios, veniemus in futurum, nec artem, materiam aut ingenium queremus, per que dicta ecclesia Sancti Nicolai in posterum dicto redditu pacifice et quiete gaudere, et pro sua voluntate disponere de eodem, prohiberetur. Renunciantes expresse omni exceptioni doli, metus, deceptionis non numerate, non solute pecunie, et omni alii exceptioni cujuscumque speciei, que contra premissa nobis competere posset in futurum, nobis etiam posset prodesse, et dicte ecclesie Sancti Nicholai in aliquo obesse, vel ipsam ecclesiam sancti Nicholai impedire super perceptione redditus supradicti. Renunciamus etiam expresse beneficio restitutionis in integrum, et etiam omni alii juris auxilio et beneficio, et ecclesie nostre et omni alii ecclesie generaliter seu specialiter indulto. Et ut predicta firma et illibata permaneant, presentes litteras sigillo nostro dicte ecclesie contulimus roboratas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, feria secunda ante festum omnium sanctorum.

Rouge livre, fol. 223, recto.

N° 161.

(AN 1250).

Gilbert de Paris, chanoine de Tournay, donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés quatre rasières de blé, annuellement, provenant de la dîme d'Hollain. (1).

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod dominus Gillebertus de Perisins, canonicus Tornacensis, recognovit in jure coram nobis se contulisse, pro remedio anime sue, in puram elemosinam, et contulit ecclesie Sancti Nicholai de pratis, prope Tornacum, quatuor raserias bladi, ad mensuram Tornacensem, annui redditus, qualis provenit de decima de Holaing. In quibus Robnedus de planta, dicto canonico, singulis annis, hereditarie tenebatur in Nativitate Domini, et de quibus raseriis bladi idem R (obnedus) dictum canonicum assignaverat, ut dicebat dictus canonicus, ad bonarium et dimidium terre sue arabilis, jacentis partim ad locum qui dicitur Leepiere, et partim al Tomboit, et concessit et voluit dictus canonicus liberaliter et benigne quod dicta ecclesia, dictas raserias bladi, singulis annis, habeat et percipiat hereditarie, sine aliqua reclamatione seu contradictione ab ipso facienda, tamquam suum proprium redditum in

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Redditu Domini Gilleberti de Perisins.*

futurum. In cujus rei testimonium presentes litteras, ad petitionem dicti canonici, dicte ecclesie contulimus sigilli sedis Tornacensis impressione signatas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo, feria sexta ante festum beati Petri ad cathedram.

Rouge livre, fol. 193, recto.

No 162.

(AN 1250).

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés achète à Gérard des Prés une rente annuelle de cinq sols, monnaie de Flandre, sur une maison située à Tournay, près du Béguinage.

Universis presentes litteras inspecturis officialis Tornacensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod in nostra propter hoc presentia constitutus Gerardus de pratis recognovit se bene et legitime vendidisse ecclesie Sancti Nicholai de pratis Tornacensis quinque solidos Flandrenses, annui redditus, solvendos annuatim eidem duobus terminis, scilicet duos solidos et sex denarios in festo Nativitatis Johannis Baptiste, et alios duos solidos et sex denarios in natali Domini, quos quinque assignavit capiendos ad quandam domum suam sitam apud Sanctum Medardum Tornacensem, juxta domum Beginarum ibidem manentium. Et pro eisdem quinque solidis eidem ecclesie modo predicto solvendis, dictam domum obligavit coram nobis. Recognoscens de pretio emptionis dicti redditus sibi a dicta ecclesia in parata et numerata pecunia fuisse satisfactum. Et promisit, fide et juramento interpositis, quod de cetero per se vel alium contra dictam venditionem non veniet, nec venire procurabit. In cujus rei testimonium litteras presentes sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari, ad petitionem Gerardi supradicti. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo, feria tertia post Letare Jherusalem.

Rouge livre fol. 177, recto.

No 163.

(AN 1251).

Robert Despeng de le Gonte reconnaît devoir annuellement à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés quatre rasières de blé, mesure de Tournay. Il devait auparavant cette rente au chanoine Gilbert de Paris. (1).

Sachent tout cil ki sont et ki a venir sont, ki cest escrit veront et oront, ke Robiers Despeng de le Gonte est tenu a rendre ceschun an yretaulement al eglise de Saint Nicholay des pres, den coste Tournay, quatre rasieres de blet, a le mesure de Tournay, de tel blet ke li priestres de Holaing prent a le disme, et payer doit ceschun an yretaulement dedens le Noel, et livrer à Saint Nicholai, de chou est li eglise assenee sour bonnier et demy de tiere, dont li bonniers gist a Leepiere et li demi bonnier gist au Tomboit, et ceste rente il a enconvent a rendre al eglise devant dite ceschun an, ensi ke il le devoit a Sr Gillebiert de Paris, canoine de Tournay, ki le dona al eglise de Saint Nicholai en ausmone, et cest cose fu faite a Saint Nicolai par lotroit et par lassens des Eskievins de Holaing ki la furent present dont li nom sont chi escrit. Jehans del Moulins, Gilles le Pius, Jehans li cambiers, Gilles del Mont, Colart Boisete,

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : ***De Robiert Despeng de le Gonte.***

eskievins et Estievenes, li maires de cel meismes liu, et Pieres Clers de Blatons. Ce fu fait l'an del Incarnation nostre Segneur mil et deus cens et cinquante et un. El tiesmoing et el recort des Eskievins et de ciaus ki devant sont nomées.

Rouge livre, fol. 215, recto.

N° 164.

(AN 1251).

Hele de Canteraine et ses fils reconnaissent avoir vendu à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle de dix sols, monnaie de Flandre, sur leur maison située à Tournay, rue Canteraine. (1).

Universis presentes litteras visuris officialis Tornacensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod constituti propter hec subnotata in nostra presentia Hela, dicta de Canteraine, Johannes et Jacobus, ejus filii, de auctoritate et consensu dicte Hele, eorum tutricis, legitime recognoverunt se vendidisse ecclesie beati Nicholai de pratis, juxta Tornacum, decem solidos annui redditus, Flandrensis monete currentis vel currende pro tempore apud Tornacum, in perpetuum, ab ipsis vel ipsorum heredibus ipsi ecclesie annuatim, videlicet quinque solidos in nativitate Domini, et quinque in nativitate beati Johannis Baptiste persolvendos, de quibus prefate ecclesie fecerunt assignamentum ad domum quam habent apud Tornacum, in vico qui dicitur Canteraine, cum appenditiis, et ad gardinum suum, situm in eodem loco ante domum antedictam, nec non et ad omnia alia bona sua ubicumque poterunt inveniri. Ita quod de

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *Hele de Canteraine.*

ipsis domo et appenditiis , seu gardino, nichil vendere seu alienare poterunt aliquo modo in posterum, absque consensu ecclesie antedicte, et hoc, mediantibus centum et octo solidis artisiensibus, de quibus sibi recognoverunt ab ipsa ecclesia fuisse plenius satisfactum. Promittentes, fide et juramento interpositis, se, dictum redditum, prout superius expressum est, quolibet anno, soluturos, et quod contra dictam venditionem et assignamentum nullatenus per se aut per alium venient in futurum, nec impedient seu impediri procurabunt, quominus dicta ecclesia gaudere possit pacifice assignamento et redditu antedictis, et si in aliquo contravenirent, vel in aliqua solutione dicti redditus deficerent, concesserunt se posse a nobis vinculo excommunicationis innodari, se, quantum ad hoc nostre juridictioni supponendo, ad quamcumque dyocesim ipsos transferri contigerit in futurum. In cujus rei testimonium presentes litteras, ad instantiam dictorum Hele, Johannis et Jacobi, ipsi ecclesie tradidimus, sigilli sedis Tornacensis munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, feria secunda post festum omnium sanctorum.

Rouge livre, fol. 191, recto.

N° 165.

(AN 1252).

Gilbert de Paris, chanoine de Tournay, donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle de douze sols parisis. (1).

Universis presentes litteras visuris officialis Tornacensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod in nostra propter hoc presentia constitutus dominus Gillebertus de Parisius, canonicus Tornacensis, contulit et concessit in elemosinam, liberaliter, spontanee et benigne, ecclesie Sancti Nicholai de pratis, juxta Tornacum, duodecim solidos parisienses, annui redditus, hereditarie possidendos et percipiendos. In quo redditu eidem G (illeberto), canonico, tenebatur Johannes de Monte, prout in chirographo (2)istis litteris appenso, continetur. Hoc cum salvo, quod dictum redditum percipiet idem canonicus, quamdiu vixerit, et solummodo usum fructum, quamdiu vixerit, sibi retinebit in eodem. In cujus rei testimonium, litteras presentes, sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari, ad petitionem canonici supradicti. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo quinqugaesimo secundo, feria quinta post Quasimodo.

Rouge livre, fol. 167, recto.

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De domino Gilleberto de Parisius.*

(2) Voir plus haut, n° 118.

N° 166.

(AN 1252).

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés achète à Nicolas Carbonnelle et à Pérone, son épouse, une rente annuelle de cinq sols parisis, sur leur demeure, située dans la rue des Lépreux. (1).

Universis presentes litteras visuris officialis Tornacensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod constituti propter hoc in nostra presentia Nicholaus Carbonans et Perona, ejus uxor, recognoverunt se vendidisse bene et legitime ecclesie Sancti Nicholai de pratis, juxta Tornacum, quinque solidos parisienses, annui redditus, ipsi ecclesie, annis singulis, pro medietate, in festo Nativitatis Beati Joannis Baptiste, et pro alia medietate, in festo beati Remigii, ab ipsis N (icholao) et uxore, seu ipsorum heredibus, perpetuo persolvendos. De quo redditu predicti N (icholaus) et P(erona), prefatam ecclesiam, ad domum ipsorum, que sita est in parochia Sancti Quintini Tornacensis, in vico Leprosorum, ac etiam ad fundum dicte domus cum appenditiis, nec non et ad omnia alia bona ad ipsos qualicumque modo spectantia, vel que in posteris, qualibet ratione, spectabunt, sponte ac propria voluntate assignarunt. Volentes quod dictus fundus, cum appenditiis, cum ceteris bonis ipsorum sint ipsi ecclesie predicto redditu perpetuo obligati. Promiserunt etiam et

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Nicholao Carboniel et ejus uxore.*

concesserunt predicti vir et uxor, quod in posterum, nullum assignamentum alicubi poterunt super dictis domo et fundo facere, seu gravius honerare, vel etiam aliquo modo alienare, absque consensu et voluntate ecclesie sepedicte. Concedentes etiam quod si predicti domus et fundus, cum appenditiis, invenirentur ab ipsa ecclesia, alicui alii, ratione redditus, seu assignamenti, ad ipsos facti obligati, quod ipsi vir et uxor, nomine pene, ipsi ecclesie in decem libras flandricas tenerentur. Et predicti N (icholaus) et P (erona) promittentes, quod contra dictam venditionem rite factam per se vel per alium non venient in futurum, nec quid facient per quod calumpniam pati posset venditio supradicta, sed ipsum redditum solverent modo prenotato bona fide. Renunciaverunt expresse omni exceptioni juris et facti, ac omni auxilio juris quod ipsis posset prodesse, et obesse dicte ecclesie, et per quod predicta venditio posset impugnari. Et dicta uxor consentiens sponte dicto venditioni, asserens se vi non esse inductam ad consentiendum dicte venditioni, promisit quod, ratione dotis seu assignamenti ipsi facti, in dicto redditu nichil acclamabit, nec quid petet in rebus supradictis. Et quantum ad hoc, predicti vir et uxor concesserunt quod si contra promissa, quod absit, venerint, vel dictum redditum terminis statutis non solverint, quod nos ipsos ad desistendum et ad solutionem dicti redditus per censuram ecclesiasticam coherceamus, supponentes se ac sua nostre juridictioni ubicumque commorentur. Et predicti vir et uxor cognoverunt sibi de pretio dicti redditus, quod est quinquaginta solidorum parisiensium, plene et in parata pecunia esse satisfactum, et nos in promissorum memoriam presentes litteras, ad dictorum viri et uxoris instantiam, fecimus sigillari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, feria quinta post Quasimodo, vacante sede Tornacensi.

Rouge livre, fol. 158, verso.

N° 167.

(AN 1252).

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Près donne à rente à Marie Golenée une maison, située sur le Marché de Tournay, moyennant soixante sols parisis annuellement.

Cou sacent cil ki cest escrit veront et oront, ke li segnieur de Saint Nicholai aspres ont werpit et donet a rente a dame Maryen Golenee une maison et tout lieste ensi come il siet devant et derriere, ki fu Gighot, seant sour le marchiet dela le moustier Saint Quintin, de cel yretage devant dit doit Maroye Golenee al eglise de Saint Nicholai as pres soixante sous de Paris de rente yretaule par an. Les trente sous au Noel, et trente sous ale saint Jehan, et quatre louysiens de cens ale Saint Remy. Et si doit Maroye payer le vies rente ke li maisons devoit devant cesti rente a dame Ysabel le Sauvage cent sous d'Arthois de rente par an, et deus deniers de cens, et al eglise saint Quintin douze deniers artisiens par an, et a Sr Jehan Pauket six louysiens par an de ceste rente devant dite a payer as termes ki nomees sont. Dame Maroye Golenee a assenet les seigneurs de St Nicholai a li et au sien par tout a quankole a et a quankole ara, et si ne puet Maroye de Gollenee, ne si oir, ne autres a ki li yretages viengne, ne par eskeance, ne par acat sour cel yretage ki nomet est, nule rente, ne vendre, ne donner, ne accroistre dete a autrui ke as segnieur del eglise Saint Nicholai as pres a tel cens et a tele rente ke devant est dit. Ont li Se-

gnieur de Saint Nicholai enconvent a Maryen Golené tel yretage ki nommé est a acquiter, al assens des eskievins. Et pour chou ke toutes ces convenences soient fermes et estables, si en est cyrografes fais et livres en le main des eskievins Gilles Pasquins, Jehans Colemers, Jehans Tourete, Jehans Tiebegot, Gilles Kieuille, Henris a le Take, Baude Pipars : tout cist i furent come eskievins. El an del Incarnation Jesu Christ mil et deus cinquante et deus, el mois de Gieskerch.

Rouge livre, fol. 208, verso.

N° 168.

(AN 1252).

Pierre Atiers, bourgeois de Tournay, donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle de cent-dix sols, monnaie de Flandre. (1).

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod in nostra propter hoc presentia constitutus Petrus, dictus Atiers, civis Tornacensis, contulit in puram elemosinam abbati et conventui ecclesie Sancti Nicholai de pratis, juxta Tornacum, centum et decem solidos flandrenses, annui redditus, quem redditum habebat, ut dicebat, in Brulee Tornacensi, scilicet quatuor libras supra domum Stephani, dicti Cokete, et decem solidos supra domum Rogeri piscennarii. Concedens et volens, quod de cetero dictum redditum percipient tamquam suum sibi in elemosinam collatum abbas et conventus supradicti. In cujus rei testimonium litteras presentes dictis abbati et conventui contulimus sigillo sedis Tornacensis sigillatas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, in vigilia Nativitatis beate Marie virginis.

Rouge livre, fol. 189, verso.

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Redditu Petri dicti Atier.*

N° 169.

(AN 1252.)

Robert, meunier de Merlin, reconnaît devoir soixante sols artisiens aux abbayes de Saint-Nicolas-des-Prés, du Saulchoir et des Prés Porçins, c'est-à-dire 20 sols à chacune.

Ce sacent tout chil ki cest escrit veront et oront, ke Robiers, li mosnier de Merlaing, doit al eglise Saint Nicholai des pres, et al eglise del Saucoit, et al eglise des pres porcins soixante sous d'Artois de rente yretaule, cest a chescune de ces trois eglises vint sous, a payer yretaulement au jour Saint Remy, et porter a liu et tele monoie dont on paye et payer ale rentes en Tournay, ki Artisiens sont, et ce doit Robiers pour son manage, ki siet a Merleng devant le puc, et pour noeuf quartiers de tieres ki gisent en deus pieces devant le moulin a Merlaing, lequele tiere Hucs del Saucoit donna por Diu en aumosne as trois eglise devant dites. Et pour chou ke ceste rente soit payez ensi come devant est debviset et sans debat, si en est fais cyrografes par lassens des parties. Dont cescune des eglises a se partie, et Robiers le siene partie, et li Eskievin de Wes en ont une partie. A chou faire furent Eskievins Gilles li Viviers, et Watiers

---

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *Robertus li Mosnier apud Merlaing.*

dele Court, et Robiers li mosniers, et Lambert de Wes, Gillebiers de Wes, et Julyens et Willaume del Gardins. Ce fut fait el an del Incarnation mil deus cens et cinquante deus, el mois de Jenvier.

Rouge livre, fol. 209, verso.

N° 170.

(AN 1252.)

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés achète une terre mesurant six bonniers et quarante-six verges, et une prairie de deux bonniers et septante verges, au chevalier Gillion de Lokeren. (1).

Sachent cil ki sont et ki a venir sont, ke li eglise de saint Nicholai des pres, dales Tournay, a acatet a Gillion del Lokeron, chevalier, six bonniers et quarante six verges de tiere, dont li doivent terrage a Saint Pierre de Gant quatre louysiens de cens, ceschun bonnier, ale Saint Remy, et deux bonniers de pret et septante verges par quatre louysiens, ceschun bonnier, de cens, ale Saint Remy. Cest marchiet recut Jehans, abbes de Saint Nicholai devant dit, pour seglise devant dite, dele main Gillion, chevalier, devant dit, et en fu airetée li eglise saint Nicholai parmi quatre louysiens dentrée, et Gilles, chevaliers, desiretés parmi quatre louysiens dissue, par ledit des Eskievins. Et pour chou ke debas ne calenge d'oir, ne de douaire, ne dassenne, ne de wage ne puist venir, ki soit au domage del eglise, fianca Gilles, chevaliers, devant dis, en le main l'abbet pardevant Eskievins cel vendage a sauver, et a warandir, et a quiter enviers tous homes, et son en faisoit coust, ne despens, pour cesti cose rendre le doit par ledit l'abbet sans sairement et

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *Des Tiere acatee à Monsegnieur Gillion de Lokeren, chevalier.*

en donna plaiges pour la quitance del tout Gillion, valet de Hollaing, et Stievenon, mayeur de Hollaing. Cest connissance fu faite devant les Eskievins de Holaing : Stievenon, le mayeur, Colart Galioti, Jehan le Cambier, Jehan Baceler, Monart de Kain, Colart Boisete, Monnart Lansel, Jehan Faveriel. Et pour chou ke ce soit ferme chose et estaule sy leur en est cyrografes delivres. El an del Incarnation mil deus cens cinquante et deus, el mois de Marc.

Rouge livre, fol. 225, verso.

N° 171.

(AN 1253).

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés achète à Gontiers d'Hollain une rente annuelle, en nature, de deux rasières de blé et de deux chapons.

Sachent tout cil ki sont et ki a venir sont, ke Gontiers de Holaing at vendut al eglise de Saint Nicholai del pret, dales Tournay, deus rasieres de bled et deus capons de rentes par an, au Noel as payer yretaulement de tel blet comme li disme comune est dele grange saint Pierre. Cest rente leur a il assenee sour demy bonnier de pres, et demy quartiers ki siens ligel est, liquel est el pret con apiele Montelois. De chou disent li Eskievin del liu kel bien y pooit li devant dit Gontiers rente assener et vendre, sans contredit doir ne dautrui, et disent ke li eglise devant nomee li pooit bien tenir par loy com a assenement de rente yretaule, et traire a li, se li devant dit Gontiers iert en defaute dele rente devant nomee. Ce fu fait en le presence des Eskievins de Holaing, Gillion del Mont, Jehan Faveriel, Jean le Cambier, Colart Boisete, Gillion le Piu, Jehan Baceler, Jehan del Moulin le Jouene. El an del Incarnation mil deus cens cinquante trois, el mois de May, et cest rente doit il livrer devens les murs del abbaye.

Rouge livre, fol. 212, verso.

N° 172.

(AN 1253).

Pierre Dumoulin d'Hollain vend à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle, en nature, d'une rasière de blé et de deux chapons.

Sachent tout cil ki sont et ki a venir sont. Ke Pieres del Moulin at vendut al eglise Saint Nicolai des pres, dales Tournay, une rasiere de blet et deus capons de rente par an, au Noel a payer yretaulement de tel blet come li disme commune est dele grange saint Pierre. Ceste rente leur a il assenee sour quartier et demy de tiere ki siene est lige, liquele gist en Andrisart. De chou disent li Eskievin del liu ke bien y pooit li devant dis Pieres rente assener et vendre, sans contredit doir ne dautrui. Et disent ke li eglise devant dite se pooit bien tenir par loy come a assenement de rente yretaule et traire a li, se li devant dis Pieres iert en defaulte dele rente devant nomee. Ce fu fais en le presenses des Eskievins de Holaing, Gillion del Mont, Jehan Faveriel, Jean le Cambier, Colart Boisete, Gillion le Piu, Jehan Bacceler, Jehan del Moulin le Jouene. El an del Incarnation mil deus cens cinquante trois, el mois de May, et ceste rente doit il livrer devens les murs del Eglise.

Rouge livre, fol. 214, recto.

N° 173.

(AN 1253).

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés achète au seigneur de Calonne une terre, située à Hubert-lieu, et une autre, à Jehans-camp. Ernould, seigneur de Mortagne et châtelain de Tournay, approuve cette vente. (1)

Jou Ernous, sires de Mortaignes et Castelain de Tournay, fac savoir a tous chiaus ki ces lettres veront ou oront, ke Piere, chevaliers, sires de Calonne, avendut, par men gret, pour le racat de son cors, al eglise de Saint Nicholay des pres, dales Tournay, deux bonniers de tiere et trente six verges, liquele gist à Hubiert liu, et un bonnier trente six verges, a Jehans camp, ke il tenoit de mien fief. Ce raporta il par le dit de mes homes en le main Gillion de Haudion, chevalier, mon castelain, et en fu airetee li eglise devant dite bien et loiaument par le jugement de mes homes, sauf chou ke Pieres, sires de Calonne, retient yretaulement deux louysiens de cens par an, a le saint Remy, sour cascun bonnier. De cest vendage fu li eglise bien airetee par le jugement de mes homes, et chou ai je creanté et loé com sires, sauf le justice et le segnourie de me tiere, et voel ke chou soit tenut ferme et estable de mi et de mes oirs perpe-

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De le tiere acatée à Monseigneur Pieron de Calonne.*

tuelement. Ceste cose fu faite en le presense de mes homes, Gillion de Haudion, mon castelain, Huony, segneur d'Anthoing et d'Espinoit, Renier de Saint Amand, Gillion del Lokeron, Nicholon, son frere, Alard de Haudion, Huony de Ruen, Gerard del Ausnoit, Jehan dele Rosiere, chevalier. Et pour chou ke ce soit ferme cose et estaule, Jai cet cartre confremee de men sayel. Ce fu fait lan del Incarnation mil deux cens cinquante trois, el mois de septembre.

Rouge livre, fol. 131, recto.

N° 174.

(AN 1253.)

Guillaume de Clermont, chapelain de Notre-Dame, à Tournay, donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés huit bonniers et demi de terres arables, situés à Jollain, moyennant une rente annuelle et viagère de seize livres parisis. (1).

Universis presentes litteras inspecturis I (ngeranus), abbas Sancti Nicholai de pratis, juxta Tornacum, totusque ejusdem loci conventus salutem in vero Salutari. Noverit universitas vestra quod carissimus noster dominus Willelmus de Claromonte, capellanus in ecclesia beate Marie Tornacensis, octo et dimidium bonaria terre arabilis que habebat in parochia de Jolaing, videlicet quatuor bonaria et dimidium jacentia au Biach, et unum bonarium jacens al Arbie, et aliud bonarium assiet quartiers, juxta Mierlaing, et duo bonaria ad nemus Craskien, que fuerunt de terra Thome Flamingi, nobis et ecclesie nostre contulit in perpetuum possidenda, nichil juris in dicta terra sibi retinendo, et dictam terram, coram illis coram quibus werpitio est facienda, solempniter werpivit in hunc modum, quod nos pro dictis bonariis terre dicto capellano tenemur solvere sedecim libras parisienses, quolibet anno, quoad vixerit, in quo-

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Domino Willelmo de Claro monte.*

cumque statu fuerit, sive in religione, sive extra, bona fide, videlicet medietatem in Nativitate Domini, de anno in annum, et aliam medietatem in Nativitate beati Johannis Baptiste, de anno in annum. Si autem contingeret monetam parisiensem lege, aut pondere, vel alio modo pejorari, nos equivalentem monetam, ut est ad presens, in alia moneta legali solvere teneremur. Si vero dictum capellanum ab hoc seculo migrare contingeret, primo anno ante terminum dicte solutionis, nos illi, vel illis, cui, vel quibus assignaverit dictas sedecim libras parisienses reddere teneremur. Si vero prefato capellano dictas sedecim libras, dictis terminis, non redderemus, quicquid custaret ei, quocumque modo, per defectum solutionis, simplici suo juramento, custus, cum redditu, solvere teneremur, nec aliqua occasione, que possit evenire, remanere poterit, quin conventionem predictam, sicut superius dictum est, legitime teneamus. Et ad hoc faciendum, sine fraude, nos obligamus, bona fide promittentes, quod, neque per appellationem, vel impetrationem litterarum, vel per exceptionem aliquam, per nos, vel per alios, queremus, vel queri faciemus, artem, vel ingenium, causam, vel materiam, vel instrumentum, per que dictus capellanus, sicut superius est expressum, occasione conventionis predicte, aliquatenus molestetur. Si vero per nos, vel per alios, aliquid, quod promissis possit obviare, esset impetratum, vel aliquid impetraretur, promittimus bona fide, quod de illo impetrato, seu impetrando, nullo modo utemur. Et omni exceptioni perturbanti dictam solutionem, sicut dictum est, renunciamus. Et etiam omni consuetudini et statuto cujuslibet ecclesie, vel loci religiosi, quod sit obici contra presens factum, vel personam dicti capellani, seu illius, vel illorum, cui, vel quibus, sicut superius dictum est, dictas sedecim libras assignaverit, pariter renunciamus. Et per appensionem sigillorum nostrorum ad supra dicta facienda nos obligamus bona fide.

Si vero cartam istam amitti, corrumpi, vel pejorari aliquo casu vel infortunio contigerit, et dictus capellanus, sive ille, vel illi, cui, vel quibus dictas sedecim libras, sicut dictum est, assignaverit, per simplex sacramentum dictus capellanus dixerit ita sibi contigisse, nos eidem equivalentem et adeo legitimam cartam ejusdem tenoris, sigillatam sigillis nostris, infra quindenam restituere tenebimur, et ipse, cartam illam quam pejoratam vel corruptam habuit, si eam habuerit, nobis bona fide reddere tenebitur, et litteris posterioribus eidem capellano deliberatis, priores littere sua virtute carebunt. Nos vero post decessum dicti capellani ab omnibus conventionibus supra dictis penitus quitti erimus et exempti, dum tamen dicta pecunia bene et legitime fuerit persoluta. Et sciendum quod redditum supra dictum promisimus bona fide dicto capellano, sicut superius est expressum, legitima stipulatione interveniente, nos reddituros. Ut ergo omnia supra dicta rata sint et firma, presentes litteras communi consensu sepe dicto capellano sigillorum nostrorum munimine dedimus roboratas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio, mense februario.

Rouge livre, fol. 128, verso.

N° 175.

(AN 1254).

Arnulphe le Blond reconnaît devant l'official de Tournay qu'il doit à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle de vingt sols tournois, donnée par sa femme à la dite abbaye. (1).

Universis presentes litteras visuris officialis Tornacensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod in nostra presentia propter hoc constitutus Arnulphus, dictus li Blons, recognovit se teneri ecclesie beati Nicholai de pratis, juxta Tornacum, in viginti solidis Turonensibus annui redditus, ex collatione quondam Juliane, uxoris sue. Quam collationem fecit dicte ecclesie et contulit in elemosinam ipsi ecclesie in extremis laborans, volens et obligans ipsi ecclesie pro dicto reddita domum suam in qua manet dictus Arnulphus, sitam prope pontem de Castello, inter domum Colardi de Eskelmes et Hawidini le Tenchande, quem redditum promisit idem Arnulphus se soluturum singulis annis ipsi ecclesie duobus terminis, medietatem scilicet in natali Domini, et aliam medietatem in nativitate beati Johannis Baptiste sequenti, de anno in annum. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, feria sexta post festum beati Martini hyemalis.

Rouge livre, fol. 179, recto.

---

(1) Dans le Rouge livre ce document est intitulé : *De viginti solidis Arnulphi dicti le Blont.*

N° 176.

(AN 1256).

L'abbesse de Flines, délègue le convers Abraham pour la vente d'un revenu de 20 sols parisis, sur une maison située au Bruille.

Universis presentes litteras inspecturis, soror O (da, abbatissa de Honore beate Marie, juxta Felines, totusque ejusdem loci conventus Cysterciensis ordinis, salutem in Domino. Notum vobis facimus, quod nos, loco nostri, ponimus fratrem Abraham conversum nostrum latorem presentium, ad vendendum et werpiendum quemdam redditum viginti solidorum parisiensium, quem annuatim habuimus supra quandam domum, sitam el Bruille, quem redditum ecclesie nostre in elemosinam contulit dominus Gossuinus del Brulle, ratum habiture et gratum quicquid predictus conversus inde fecerit vel dixerit quantum ad predictam venditionem vel werpitionem. Valete in Domino.

Rouge livre, fol. 182, verso.

N° 177.

(AN 1256).

Le monastère de Flines vend à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle de vingt sols parisis, sur la maison de Nicolas de Bourgon.

Ce sacent cil ki sont et qui a venir seront, ki cest escrit veront et oront, ke li abbesse del honneur Notre-Dame, dales Felines, et li convens de cel meisme liu ont vendut frankement et werpit al eglise Saint Nicolai des pres, dales Tournay, vint sous de Paris yretaule par an, a paier le moitiet au Noel, et lautre moitiet a le S[t] Jehan, a prendre sor le maison Nicholon de Bourgon, tout ensi ke li yretage siet devant et derriere au Bruisle, viers le maison en mi Eschaut, liquele fut segneur Gossuin dou Bruille, capelain del eglise Notre Dame de Tornay. Et por chou ke ce soit ferme chose et estaule, sy en est cirografes fait et livres en le main des eskievins Sohiers Matons, Jehans de Bulemont, Jakemes Obiers, Nichole Moule, Gossuin Wendous, Sohiers de Putehem, Bauduins dou Castiel, tout cist y furent come eskievins, el an del Incarnation Jhesu Crist mil deus cens et cinquante et six, el mois d'Octembre.

Rouge livre, fol. 210, recto.

N° 178.

(AN 1256).

Autre charte concernant la vente précédente (1).

Universis presentes litteras visuris soror Oda, dicta abbatissa de Honore beate Marie, juxta Felines, totusque ejusdem loci conventus salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra, quod nos viginti solidos parisienses annui redditus, quos habuimus supra domum quandam sitam in Bruleo, que fuit quondam Gossuini de Bruleo, capellani in ecclesia Tornacensi, et nunc est Colardi, dicti de Borgnon, pro maxima et evidenti utilitate ecclesie nostre, habita deliberatione pleniori, et facta legitime et competenti subhastatione, vendidisse et werpivisse bene et legitime, secundum legem patrie, et consuetudinem, ubi dicta domus sita est, per fratrem Abraham, conversum nostrum, cui per litteras nostras super hoc confectas plenariam contulimus potestatem et mandatum speciale. Cujus factum ratum habemus et firmum super premissa ecclesie Sancti Nicholai in pratis, juxta Tornacum, pro pretio quindecim librarum et dimidium parisiensium. Quam pecunie summam recognoscimus expresse nos ad plenum, ex parte dicte ecclesie recepisse, ex pecunia numerata, et in usus nostros necessarios et utiles totaliter convertisse, videlicet in terra equivalenti nobis necessaria et plurimum fructuosa. Confitemur

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De viginti solidis Turonensibus in Bruleo.*

et conditionem ecclesie nostre ex dicta venditione factam fuisse et esse meliorem. Promittimus autem quod contra dictam venditionem nullo modo per nos vel per alios veniemus in futurum, nec artem, materiam, aut ingenium queremus per que dicta ecclesia Sancti Nicolai in posterum dicto redditu pacifice et quiete gaudere, et pro sua voluntate disponere de eodem prohiberetur. Renunciantes expresse omni exceptioni doli, metus, deceptionis, non numerate, non solute pecunie, et omni alii exceptioni cujuscumque speciei, que contra premissa nobis competere posset in futurum, nobis etiam prodesse, et dicte ecclesie Sancti Nicholai in aliquo obesse, vel ipsam ecclesiam Sancti Nicholai impedire super perceptione redditus supradicti. Renunciamus etiam expresse beneficio restitutionis in integrum, et etiam omni alii juris auxilio et beneficio, et ecclesie nostre et omni alii ecclesie generaliter seu specialiter indulto. Et ut predicta firma et illibata permaneant presentes litteras sigillo nostro dicte ecclesie contulimus roboratas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, feria secunda ante festum omnium sanctorum.

Rouge livre, fol. 223, verso.

N° 179.

(AN 1256.)

Charte d'Arnould, seigneur de Mortagne et châtelain de Tournay, après qu'il eut changé la route de Bouvines et de Cysoing à Tournay, passant par la ferme de Castrecin. (1).

Jou Ernous, sires de Mortaigne et Castelains de Tornay, fac a scavoir a tous ciaus ki ces lettres veront et oront, ke jou, par le consel de mes homes, pour le comune utilité del pais et le sauveté de me tiere, ai fait eskange al abbet et au convent de Sainct Nicolai despret, dales Tornay, dele vies voie, ki de Chisoing et de Bouvines venoit à Tornay, par devant le court de Castrecin a une nouviele voie qui est adrecié et establie parmi les comunes tieres dele court devant noumee, et ensi come ele est taillié et adrecié voel jou kele soit manttenue permanablement, sauf me justice et me signourie, com avoes del eglise devant dite, et segnorie de cel meisme liu. Et pour chou ke li eglise ne fust ne ne soit grevee ne adamagiee de le nouviele voie, si ai jou le vieze voie et toute le tiere ki dedans les tieres dele court de Castrecin tenoit a le viese voie rendut pour droit et aumosne pour Diu a cele meisme eglise, pour chou ke jou et mes ancciestres ni aiesmes aucunes fois entrepris. Et tele voie et

(1) Dans le Rouge livre ce document est intitulé : *De Via de Castrecin.*

tele tiere ki ci devant est nomee, voel jou ke li abbet et convent devant nomé tiengnent frankement as us et as coustumes ke il tenoient le tiere ou li noviele voie est establie. Et chou leur voel jou et doi garandir come boins sires, et pour chou ke toutes ces coses soient fermes et estables et tenues perpetuellement de mi et de men oir si ai jou mis mon sayel et lai donnet et reconnut par devant mes homes. Ce fut fait l'an del Incarnation nostre Segneur mil et deus cens cinquante et six, el mois de Octembre.

Rouge livre, fol. 96, recto.

———

N° 180.

(AN 1258).

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés réclame devant l'official de Tournay le paiement d'une somme de 20 sols artisiens, due par Guillaume Roussiel sur une rente léguée à ladite abbaye par Michel, chanoine de Sens.

Dicit ecclesia sancti Nicholai de pratis contra Willelmum, dictum Roussiel, quod dominus Michael, quondam canonicus Senonensis, dum laborabat in extremis, contulit in puram elemosinam, pro remedio anime sue, predicte ecclesie quadraginta solidos artisienses veteros, annui redditus, in quibus dictus W (illelmus) tenebatur eidem M (ichaeli), singulis annis, ratione cujusdam gardini, quem tenebat de dicto Michaele, versus sanctum Medardum Tornacensem, solvendum eidem Michaeli in hunc modum, videlicet medietatem in Nativitate Domini, et reliquam medietatem in nativitate beati Johannis Baptiste sequenti. Verum cum dictus Michael decesserit circa festum beati Luce proximo preteritum, et dictus Willelmus viginti solidos de dictis quadraginta solidis quos tenebatur solvere in nativitate Domini proximo preterita, eidem ecclesie solvere contradicat, licet ab ipsa ecclesia, vel ex parte ipsius, fuerit requisitus, petit ipsa eccle-

---

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *De Willelmo dicto Roussiel*,

sia a dicto Willelmo dictos viginti solidos sibi solvi et reddi, et quod in posterum dictum redditum ei solvat terminis supra dictis, vel quod dictum gardinum sibi deliberet, et de dicto gardino possit percipere redditum supra dictum et petit ipsum sibi in promissis et in expensis factis et faciendis in lite condempnari, salvo sibi in omnibus juris beneficio. Protestans quod ei valeat quod probabit, et est dies assignata, feria tertia post *Cantate* (1) dicto W(illelmo) contra dictam ecclesiam ad respondendum, exhibito libello. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, feria quarta post *Jubilate*. (2)

Rouge livre, fol. 171, recto.

---

(1) Quatrième dimanche après Pâques.
(2) Troisième dimanche après Pâques.

N° 181.

(AN 1258.)

Guillaume Roussiel est condamné par l'official de Tournay, à payer à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés la somme de vingt sols artésiens, qu'elle réclamait sur la rente de Michel, chanoine de Sens. (1).

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum ecclesia Sancti Nicholai de pratis Tornacensis Willelmum Roussiel traxisset coram nobis in causam, et suam addidisset petitionem contra ipsum cujus tenor (2) presentibus litteris est appensus, et in tantum fuisse processum, quod dies erat assignata partibus ad jurandum, lite prius contestata, partibus in jure coram nobis dicta die constitutis. Idem Willelmus recognovit omnia et singula in dicta petitione contenta esse vera. Et nos, his auditis, dictum W (illelmum) per suam confessionem in petitis per diffinitivam sententiam condempnavimus ecclesie memorate, et in expensis in lite factis coram nobis. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, feria quarta post Ascensum Domini.

Rouge livre, fol. 172, recto.

---

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *Ad Idem*, c'est-à-dire : *De Willelmo dicto Roussiel.*

(2) Voir notre cartulaire, n° 180.

N° 182.

(AN 1259).

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés achète à Jean Chaval une rente annuelle de dix sols artésiens, sur une maison située rue de Canteraine. (1).

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod in nostra propter hoc presentia constitutus Johannes, dictus Equus, recognovit se bene et legitime vendidisse ecclesie beati Nicholai de pratis, juxta Tornacum, decem solidos Artisienses veteros, annui redditus, quem habebat supra quandam domum Lamberti Mouton, sitam apud Medardum Tornacensem, in vico de Canteraine, juxta gardinum, dictum de Paradis, et hoc pro sex libris Turonensibus, de quibus recognovit sibi satisfactum fuisse a dicta ecclesia in pecunia parata et numerata. Quem, inquam, redditum eidem ecclesie werpivit et effestucavit coram nobis, nichil juris in eodem sibi retinendo. Qui redditus debet solvi, singulis annis, duobus terminis, scilicet medietas in Natali Domini, et alia medietas in Nativitate Sancti Johannis Baptiste, et etiam unus denarius Laudunensis de censu, in festo Sancti Remigii, in capite octobris. Et predictis redditu et censu, dictis terminis solvendis, ut dictum est, gardinum predictum de Paradis, quod suum erat, ut dicebat, eidem ecclesie obligavit, coram nobis. Promittens, fide et juramento interpositis, quod contra

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Johanne dicto Equo.*

dictam venditionem, per se, vel per alium, non veniet, nec venire procurabit in futurum. Concedens, quod si contra veniret, quod nos ipsum ad desistendum per censuram ecclesiasticam compellamus, et quantum ad hoc se nostre supposuit juridictioni in quacumque dyocesi commoretur. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari ad petitionem supradictam. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, feria secunda ante Pentecostes.

Rouge livre, fol. 174, recto.

N° 183.

(AN 1259).

Hela du Moulin, mère de Jean du Moulin, et Nicolette, épouse de ce dernier, remettent à l'église de Saint-Nicolas-des-Prés tous les droits qu'elles pourraient avoir, à raison de dot ou autrement, sur une terre, située à Hollain, et que cette église avait achetée audit Jean. (1).

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Hela, dicta de Molendino, mater Johannis de Molendino, et Nicholeta, uxor dicti Johannis, in nostra propter hoc presentia constitute, quitaverunt et quitum clamaverunt ecclesie Sancti Nicholai de pratis, juxta Tornacum, omne jus quod eis competebat, seu competere poterat, ratione dotis sue, sive assignamenti sui, sive alio quoquo modo, in uno bonario et viginti virgis, parum plus vel minus, prati jacentis in parochia de Holaing, versus Launoit, quod pratum fuit dicti Johannis, et tenetur de Sancto Petro Gandensi, sub annuo censu quatuor denariorum Laudunensium quodlibet bonarium, quod etiam pratum dicta ecclesia emerat pro quinquaginta duabus libris, et decem solidis, et sex denariis Turonensibus, a dicto Johanne, sicut tenebatur. Et promiserunt dicte mulieres, fide et juramento interpositis, quod in dicto

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Hela de Molendino.*

prato, ratione dotis, vel assignamenti, seu alio quoquo modo, per se, vel per alium, nichil juris sibi de cetero vendicabunt. Asserentes, sub dicto juramento, quod nec vi, nec metu inducte fuerant ad dictam quitationem faciendam, et quod eam spontanea voluntate et pro commodo et utilitate sua faciebant, et quod pecunia recepta ex dicta venditione conversa fuerat in utilitatem et commodum earumdem. Et concesserunt quod si contra promissa, vel aliquod promissorum venirent, quod ipsas ad desistendum per censuram ecclesiasticam compellamus ubicumque commorentur. In cujus rei testimonium litteras presentes sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari ad petitionem mulierum predictarum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, feria quarta post octavam apostolorum Petri et Pauli.

Rouge livre, fol. 183, verso.

N° 184.

(AN 1260).

Agnès, veuve de Lambert le Pottier, reconnaît devoir annuellement à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés deux sols, monnaie de Laon, et quatre chapons.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino. Noveritis quod Agnes, relicta Lamberti le Pottier, in nostra propter hoc presentia constituta, recognovit se teneri ecclesie Sancti Nicolai de pratis, juxta Tornacum, in duobus solidis Laudunensibus et quatuor caponibus, tam annui redditus quam census, supra domum suam, sitam in parochia Magdalene Tornacensis, ad prata Porcina, cum ejus appenditiis, sicut sita est ante et retro, solvendis eidem ecclesie, singulis annis, videlicet duodecim Laudunensibus cum dictis quatuor caponibus, in festo Sancti Remigii, pro censu, et residuis duodecim Laudunensibus, pro annuo reddito, in Nativitate Jesu Christi. Item recognovit se bene et legitime vendidisse ecclesie supra dicte duodecim solidos parisienses, annui redditus, et unum denarium Laudunensem, annui census, solvendos eidem ecclesie, medictatem in Nativitate Domini, et aliam medietatem in Nativitate beati Johannis Baptiste, et dictum denarium, pro censu, in festo beati Remigii, singulis annis. Et hoc pretio duodecim librarum Turonensium, de quibus recognovit dicta Agnes sibi a dicta ecclesia esse plenarie satisfactum in pecunia numerata. Et de dictis annuo redditu et censu percipiendis a dicta ecclesia et habendis,

assignamentum fecit eidem ecclesie ad domum suam predictam et ejus appenditia. Et ea pro annuo redditu et censu predictis obligavit ecclesie memorate, volens et concedens, quod possessores dictorum domus et appenditiorum, quicumque pro tempore fuerint, dictos redditum et censum, dicte ecclesie solvant in posterum, prout superius est expressum. Promittens, fide et juramento ab ipsa corporaliter prestitis coram nobis, quod contra dictas venditionem et recognitionem, per se, vel per alium, non veniet in futuris. Concedens etiam, si contra veniret, se ad desistendum et ad supra dicta firmitèr observanda, per censuram ecclesiasticam a nobis posse compelli, et quantum ad hoc se nostre supposuit juridictioni ubicumque commoretur. Renuncians exceptioni non numerate, non solute pecunie, exceptioni doli, mali, pacti, conventi, epistole domini Adriani, deceptioni, ultra dimidiam justi pretii, beneficio juris et facti, privilegio crucis sumpte vel assumende, et ceteris omnibus que sibi possent prodesse, et dicte ecclesie obesse, contra presentes litteras, vel contenta in eisdem. In cujus rei testimonium presentibus litteris, ad instantiam dicte Agnetis, sigillum sedis Tornacensis duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, mense Aprili.

Rouge livre, fol. 155, verso.

N° 185.

(AN 1260).

Le Pape Alexandre IV accorde à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés la permission de racheter, à certaines conditions, les dîmes qui appartiennent à des laïques. (1)

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Nicolai in pratis, ordinis Sancti Augustini, Tornacensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis vestre precibus inclinati, vobis, auctoritate presentium, indulgemus, ut in parochiis alienis liceat vobis decimas redimere de manibus laycorum, dummodo ad id diocesani episcopi et rectores ecclesiarum ad quas decime ipse spectant, accedat assensus, sufficienti a vobis cautione prestita quod ecclesiis ipsis eas restituere teneamini quotienscumque ab eis rectoribus de pretio quod pro eis dederitis vobis fuerit satisfactum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Anagnie V. idus Januarii, pontificatus nostri anno sexto.

Rouge livre, fol. 9, recto.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De decimis.*

N° 186.

(AN 1260).

Charte de l'official de Tournay concernant la donation faite à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés par Baudouin le Brasseur et son épouse Ava, de leur maison située dans la rue des Frères Mineurs, à Tournay. (1).

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod cum quondam Balduinus Cambarius, maritus Ave de Camba, dum viveret, quandam domum cum appendentiis quam ipse et dicta A (va), ejus uxor, habebant sitam Tornaci in vico Fratrum minorum Tornacensium, juxta domum domini Johannis de Wasnes, militis, et ab ecclesia Sancti Nicholai de pratis, juxta Tornacum, sub annuo redditu sex solidorum laudunensium tenebant, dicte ecclesie Sancti Nicholai, de consensu et voluntate dicte A (ve), in puram elemosinam contulisset, ab ipsa ecclesia post decessum ipsorum B (alduini) et A (ve) perpetuo possidendam, prout ipsa Ava recognovit et confessa est spontanea coram nobis. Demum eadem Ava in nostra propter hoc presentia constituta, dictam domum quam ipsa tenere debebat quoad vitam ipsius, sicut dixit, resignavit libere, et absolute quitavit ecclesie memorate, et omne jus quod habebat, vel habere debebat, aut poterat in

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De domo Ave de Camba.*

eadem domo, ratione quacumque, eidem ecclesie, donatione inter vivos, absque ulla revocatione de facienda in puram elemosinam donavit, contulit et concessit. Volens et concedens quod ipsa ecclesia dictam domum cum appenditiis in posterum teneat, possideat et habeat tamquam suam, et de eadem gaudeat pleno jure, eo quod ipsam domum tenere debebat aut poterat dicta A (va), quoad vitam ipsius, seu quocumque alio exceptionis obstaculo non obstante. Promisitque dicta Ava coram nobis, juramento prestito et fide interposita corporali, quod contra premissa vel aliquod premissorum, nec per se, nec per alium veniet, nec venire procurabit in futurum. Concedens si contravenerit, vel fecerit, se ad desistendum et premissa firmiter observandum a nobis per censuram ecclesiasticam posse compelli. Et quantum ad hoc se nostre supposuit juridictioni ubicumque de cetero commoretur. In premissis expresse renuncians omnibus exceptionibus, deceptionibus, privilegiis et auxiliis per que posset in futurum venire contra presens instrumentum aut factum. Jurans insuper quod premissa non faciebat in fraudem. In cujus rei testimonium, ad instantem petitionem dicte Ave, sigillum curie Tornacensis presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, feria secunda post Oculi mei.

Rouge livre, fol. 157, recto.

N° 187.

(AN 1261).

P., chantre de l'église de N.-D. à Arras, juge délégué par le Saint-Siége, ordonne au pasteur de Saint-Piat, à Tournay, d'avertir Jacques de Felines et Hela, veuve de Jean Crespin, de payer les rentes qu'ils doivent à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés.

P., cantor beate Marie Atrebatensis, judex a Domino Papa delegatus, dilecto in Christo presbitero Sancti Piati Tornacensi salutem in Domino. Cum Jacobus de Felines et Hela, relicta Johannis, dicti Crespin, recognoverint in jure coram nobis, se teneri ecclesie Sancti Nicholai de pratis, juxta Tornacum, videlicet dictus J (acobus) in sex solidos Laudunenses annui redditus, pro quadam domo sua, sita in parochia Sancti Jacobi Tornacensis, dicta H (ela) in duodecim solidos Laudunenses duobus denariis minus, annui redditus, de domibus et ortis suis, sitis in parochia Sancti Piati Tornacensis, auctoritate Domini Pape qua fungimur in hac parte, vobis precipiendo mandamus, quatenus predictos moneatis, videlicet dictum J (acobum), ut infra feriam sextam post Ascensionem Domini, dictam H (elam), ut infra festum Pentecostes de pecuniis predictis ecclesie predicte satisfaciant competenter. Alioquin ipsos quos exquitamus in scripto

exquiteret sine alterius exceptione mandati, quid inde feceritis nobis rescribatur. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, feria quinta post Jubilate. (1).

Rouge livre, fol. 202, recto.

---

(1) 3me Dimanche après Pâques.

N° 188.

(AN 1261).

Le Pasteur de Saint-Piat, à Tournay, informe le chantre de N.-D. à Arras, qu'il a exécuté son commandement à l'égard de Jacques de Felines et d'Hela, veuve de Jean Crespin.

Viro venerabili et discreto P., cantori Attrebatensi, Judici a Domino Papa delegato, Presbiter Sancti Piati Tornacensis salutem in Domino. Mandamus vobis quatenus mandatum vestrum de monendo et exquitando Jacobum de Felines et Helam, relictam Johannis Crespin, parochianos meos, prout in litteris vestris his annexis vidimus contineri, diligenter sumus exequuti. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, feria secunda post Dominicam qua cantatur Cantate. (1)

Rouge livre, fol. 202, verso.

---

(1) 4me Dimanche après Pâques.

N° 189.

(AN 1261).

Alard li Fieve reconnaît devoir à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés vingt sols parisis de rente annuelle pour un bonnier de terre, cinq verges et le quart d'une main, à Taintegnies. (1).

Ce sacent cil ki sont, et ki a venir sont ki cest escrit veront et oront, ke Alars li Fieves doit al eglise de Saint Nicolai des pres, dales Tournay, vint sols de Paris de rente yretaule par an pour un bonnier de tiere, cinoq verges et le quart d'une mains, gisant en le poeste de Taintegnies, le moitiet a le Saint Remy, l'autre moitiet a la Candeleuse prochainement suivant, et sil avenoit cose ke il fust en diffaulte de son paiement au jour denomet, il fait assenement sour le tiere devant dite, et sil aveneit cose ke li devant dis Allard laissoit le tiere waste ou le vosist rendre pour le rente, il doit payer double rente, et de chou fait il assenement sour son mes et sour le tiere devant dite. Ce fu fait par devant Simon le Caudrelier, justice de Taintegnies, et par devant les Eskievins de cel misme liu, Gherris del Atre, Wakiers Balle, Allars li Fieves, Thumas li Eschoiers, Robves de Florench, Willaumes de Florench, Jehans de Haudion. Tout cist y furent com Eskievins. El an del Incarnation Jhesu Crist mil deus cens et soixante et un, el mois de Jenvier.

Rouge livre, fol. 224, verso.

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De vingt sols de Paris à Taintignies.*

N° 190.

(1254-1261).

Le Pape Alexandre IV exempte l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés du paiement des dîmes novales, ainsi que de celles des troupeaux. (1)

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et fratribus sancti Nicolai de pratis, prope Tornacum, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente sunt complenda. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, vobis, auctoritate apostolica indulgemus, ut decimas novalium que propriis sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nulla ecclesiastica, vel secularis persona, a fratribus, tam in capite quam in cellulis, pertinentibus ad monasterium vestrum manentibus, exigere audeat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Anagnie vi Idus Julii.

Rouge livre, fol. 5, recto.

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De novalibus et Nutrimentis animalium.*

N° 191.

(AN 1262).

Pierre li Hugiers, bourgeois de Tournay, vend à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés un bonnier de prairie, situé à Sin. (1)

Ce scachent cil ki sont et ki a venir sont ki cest escrit veront et oront, ke Pieres li Hugiers, bourgois de Tournay, a vendut a l'eglise Saint-Nicolas des pres, deles Tournay, un bonnier de pret en le poestet de Sin, gisant en Lonpret, ke il tenoit de Saint-Amand en Peule, parmi cincq louysiens de cens, et tel bonnier de pret devant dit raporta il en le main le mayeur Saint Amant, par devant les eskievins de Sin, por ayreter le devant dite Eglise. Et li devant dis maires en ayreta le devant dite Eglise, par lassens des eskievins, as us et as coustumes ke li pres devoit, et tel vendage et tel werp ke Pieres fist loa Sare, se feme, et Libiers de le Court, freres se feme, et Agnes, suer se feme, et Jehans des Mons, barons a Jakemaine, sereur se feme. Ce fu fait par devant le mayeur Saint Amant, Gillion Boulet, et par devant les esckievins de Sin, Watiers Estrike, Guars Dones, Watiers del Lokeron, Bauduins Caperon, Jakemes Thuliers, Everars Eilus, Everars Trikes. Tout cist y furent comme eskievin. El an del Incarnation Jhesu Christ mil deus cens et soixante deus, el mois de May.

Rouge livre, fol. 230, verso.

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *D'un bonnier de pret gisant en Lonpret.*

N° 192.

(AN 1264).

L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés prête au chevalier Waltère du Quesnoy, cent-vingt livres tournois. (1)

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino. Noveritis quod cum Walterus de Kesneto, miles, et Maria, ejus uxor, recognoverint coram nobis se a viris religiosis abbate et conventu Sancti Nicholai de pratis, juxta Tornacum, sexies viginti libras Turonenses, numerata pecunia, amicabili mutuo legitimoque recepisse, ac ipsos abbatem et conventum de dicta summa pecunie bonum et ad legem, ac secundum patrie consuetudinem assignasse ad totum dicti militis feodum, quod tenet idem miles a viro venerabili Ph., thesaurario Tornacensi, apud Kokeriaumont, videlicet ad terragium quod habet et habere debet idem miles in triginta tribus bonariis terre arabilis parum plus vel minus annui redditus. Item in decem raseriis avene et sex raseriis bladi, ad mensuram dicti loci. Item in annuo redditu sedecim caponum et quadraginta solidorum Turonensium, ac in omnibus rebus aliis ad dictum feodum pertinentibus, justitia dicti feodi dumtaxat excepta, volentes et consentientes, quod ipsi abbas et conventus, ratione dicti assignamenti, dictum feodum integraliter teneant, et fructus seu proventus percipiant donec in eodem perceperint ad plenum sexies viginti libras Turonenses ante dictas, prout ipsi Walterus, miles, et Maria, ejus uxor, asseruerunt coram

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Domino W. du Kesnoit.*

nobis. Eadem quoque uxor coram nobis assereret se in medietate dicti feodi legitime ante hoc assignatam extitisse, et in eadem medietate sibi usum fructum seu victum suum debere competere, ratione matrimonii inter ipsam Mariam et dominum Walterum ejus contracti, prout confessi fuerunt coram nobis miles et ejus uxor predicti. Prelibata Maria, uxor dicti militis, in nostra propter hoc presentia constituta, assignamentum predictum, prout recognitum est, factum esse laudavit et approbavit coram nobis expresse, promittens, sub fide et juramento ab ipsa corporaliter prestitis, quod contra ipsum assignamentum per se, vel per alium non veniet ullo modo, nec dictos abbatem et conventum sub eodem aliquatenus molestabit. Immo permittet ipsos abbatem et conventum dictum feodum, ratione dicti assignamenti, tenere et fructus exinde percipere, modo et tempore consuetis et debitis, absque contradictione qualibet, quousque sibi satisfactum fuerit de sexies viginti libris predictis, prout superius est notatum. Concedens et in hoc expresse consentiens si contra promissa vel aliquod promissorum veniret, se ad desistendum et ad promissa observandum a nobis per censuram ecclesiasticam posse compelli, et quantum ad hoc se nostre supposuit juridictioni ubicumque commoretur. Juravit insuper dicta uxor quod promissa faciebat et consentiebat in eisdem non vi, nec metu ad hoc inducta, spontanea voluntate, non coacta, propria utilitate pensata. Asserens etiam dictam pecuniam in suum et ejus maritum commodum totaliter esse conversam, et in promissis omnibus et singulis renunciavit dicta uxor exceptioni doli, mali, fori, deceptionis et fraudis, exceptioni non numerate et non habite pecunie, omni beneficio et juris auxilio tam canonici quam civilis, ac ceteris sibi competentibus aut competere valentibus contra presens instrumentum aut factum. In cujus rei testimonium sigillum sedis Tornacensis ad instan-

tiam predicte uxoris presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, sabbato post Assumptionem beate virginis.

Rouge livre, fol. 88, recto.

N° 193.

(AN 1264.)

Lettre de confraternité entre le monastère de Saint-Nicolas-des-Prés et celui de Phalempin.

Universis presentes litteras inspecturis, L (aurentius), divina permissione abbas de Falempin, et ejusdem loci conventus salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod nos cum viris religiosis abbate et conventu Sancti Nicolai de pratis, juxta Tornacum, propter augmentum mutue caritatis et profectum animarum utriusque ecclesie specialitatem societatis inimus perpetuis temporibus observandam, sicut expressum est in serie subsequenti. Si quis de fratribus dicte ecclesie turbatus exierit septa monasterii, retento tum habitu regulari, veniens ad nos, per quadraginta dies retinebitur, frequentans ecclesiam, claustrum, dormitorium et refectorium, sicut nostri, ut pax turbati fratris per abbatem ecclesie nostre vel alios probos viros interim reformetur. Si quis de fratribus ab abbate suo ad nos missus fuerit, exigente culpa sua, nos ipsum usque ad annum vel generale capitulum, sicut moris est in ordine, tenebimur retinere. Si casu aliquo ipsam ecclesiam gravari contigerit, quod avertat Dominus, sarcina debitorum, nos, ad petitionem abbatis, unum de suis canonicis retinere tenebimur quousque alios fratres missos ad ecclesias ordinis ad propriam ecclesiam contigerit revocari. Cum aliquem de fratribus dicte ecclesie contigerit decessisse et ejus obitus nobis fuerit nunciatus, nos, pro ipso vigilias novem lectionum, et in crastino missam celebrare tenebimur in conventu triginta diebus, prebendam pauperibus erogare, missas et psalmos

dicere, defuncti nomen in libro capituli annotare et idem facere penitus quod pro nostris secundum ordinem fieri consuevit. Et ad omnia predicta tenentur nobis et nostris presentibus et futuris abbas et fratres ecclesie memorate. Sic enim, juxta preceptum Apostoli, alter alterius onera portando, adimplebimus legem Christi. Ut igitur fedus societatis predicte futuris temporibus utrobique inviolabiliter observetur, nos litteras hujus continentie mutuo contulimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, mense Januario.

Rouge livre, fol. 136, verso.

N° 194.

(AN 1265).

Charte de l'official de Tournay concernant la cession quitte et libre d'une prairie située à Hollain, au lieu dit Prés-Montelois, faite par Drogon d'Antoing, et son épouse, à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. (1)

Universis presentes litteras inspecturis officialis Tornacensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum Drogo de Anthonio. clericus, et Agnes, dicta Proniers, de Holaing, uxor ejus, tenerent et possiderent sub annuo reddi tu duarum raseriarum bladi, ad mensuram Tornacensem, et duorum caponum ab ecclesia Sancti Nicholai de pratis, juxta Tornacum, tria quartaria viginti virgatis minus vel circiter prati siti infra limites parochie de Holaing, ad locum qui dicitur Pres Montelois, juxta pratum quondam Terrici Weri, prout ipsi confessi fuerunt coram nobis predicti Drogo et Agnes in nostra propter hoc presentia constituti, quittaverunt spontanei ac solemniter resignarunt et cognoverunt se resignasse et quitasse libere et absolute prefate ecclesie dictum pratum, sicut sedet ante vel retro in longum et latum, ab ipsa ecclesia in perpetuum pacifice possidendum, mediantibus novem libris Turonensibus ipsis a dicta ecclesia in pecunia numerata solutis et in utilitatem ipsorum conversis,

---

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *De Drogone de Anthonio clerico et uxore ejus.*

prout ipsi asseruerunt coram nobis, promittentes, fide et sacramento corporaliter prestitis ab eisdem, quod in dicto prato sibi nichil juris de cetero reclamabunt, nec facient per alium reclamari, et quod contraveniendi in aliquo artem vel ingenium, materiam, causam, medium sive modum non invenient, procurabunt, neque querent. Et specialiter dicta uxor promisit, sub fide et juramento jam prestitis ab eadem, quod contra presens factum per se, vel per alium non veniet in futurum, nec aliquid juris sibi vendicabit in prato predicto seu fructibus ejusdem, ratione dotis, sive donationis propter nuptias, usufructus, vel alius cujuslibet assignamenti, omni juri quod sibi competebat vel competere poterat in promissis, expresse renuncians ad opus ecclesie memorate. Et juravit quod premissa faciebat spontanea non coacta, nec vi, nec metu adhoc aliquatenus inducta. Concesserunt itaque prenominati Drogo et uxor ejus Agnes, si contrapromissa vel aliquod eorumdem venirent, se ad desistendum et promissa observandum a nobis per censuram ecclesiasticam posse compelli, et quantum ad hoc, se et sua, necnon et suos heredes, sive successores nostre supposuerunt juridictioni ubicumque commorentur in futurum. Renunciantes in promissis omnibus et singulis exceptioni non numerate, non habite pecunie, deceptioni ultra dimidium justi pretii, privilegium crucis sumpte vel assumende, omni beneficio et juris auxilio tam canonici quam civilis, ac ceteris omnibus ipsis competentibus vel competenter valentibus contra ipsius instrumentum aut factum. In cujus rei testimonium sigillum sedis Tornacensis ad petitionem dictorum D(rogonis) et ejus uxoris presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, feria secunda post octavam Trinitatis.

Rouge livre, fol. 169, recto.

N° 195.

(AN 1265.)

Charte de dame Gilles, abbesse du Saulchoir, concernant une rente annuelle de vingt sols parisis en faveur du monastère de Saint-Nicolas-des-Prés. (1).

Jou Gilles par la grasse de Diu, abbesse del Sauçoit, dales Tornay, et li convens de cel misme liu fasons a savoir a tous chiaus ki ces lettres veront et oront, ke nos otrions et donons a recevoir pour nos, as pitances de Saint-Nicholay despres, deles Tornay, vingt sols de Paris, ke nos avons de rente perpetuelement en le triperie a Tornay, sour le maison Watier Sarrasin, ke li sires Gosses a le Take, canones de Tournay, ki fu fius le segnieur Henry, nos dona pour Diu et en aumosne, lesquels vingt solz de Paris, les pitances de Saint-Nicholay devant dit nous rendent cescun an yretaulement en Tornay a deux termes, dix-solz de Paris a le Candeler, et dix solz a le Saint-Jehan suivant apries. Et nous leur quitons perpetuelement tous cens et tous relies ki y poroient eskeir si com dabe nouviel en devant dite eglise, ne dautre cose mise quele kele poroit eskeir ne avenir. Et sil advenoit chose ke li devant dite maison cheist ne alast a mal, porquoy ele venist en le main des pitances de Saint-Nicholay ou del ostelerie de Marvis,

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De Redditu quem debent Moniales de Salceto.*

ki rente y ont, et li uns desdeus ou li dois ensemble le vosissent refaire et retenir ceus cous et ceus despens con y feroit renderieus nous entiremcnt de tant com a nos partie en afferroit. Et sil estoit nus qui vosist mouvoir action ne plait sour le devant dit yretage en loquision de nos aumosnes et les pitances de Saint Nicholay et li ostelerie de Marvis sen deffendoient pour no rente et le leur sauver et deretenir en tes cous et tes despens kil en feroient, nos obligons nous a rendre chou ka no partie en afferoit et sous tenues daidier a paier pour no partie tes droits et tes coustumes ke li yretages doit ou devroit as usages dele citet de Tournay. Et pour chou ke ce soit ferme cose et estaule si leur en avons nos ces presentes lctres donees sayelees de nos sayel. Ce fu fay el an del Incarnation notre Seigneur Jesu Christ mil deux et soixante cincq, el mois dc janvier.

Rouge livre, fol. 160, recto.

No 196.

(AN 1266).

Jean d'Enghien, évêque de Tournay, termine le différend survenu entre l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés et Siger, curé de Gheleueth, au sujet de certaines rentes, dîmes, etc. (1)

J (oannes), Dei gratia Tornacensis episcopus, universis praesentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod cum inter abbatem et conventum Sancti Nicholai de pratis, juxta Tornacum, ex parte una, et Sigherum, presbiterum de Gheleuelt, ex altera, super quinquaginta solidis annuis, quos ipsi abbas et conventus a dicto presbitero petebant, et quos sibi deberi dicebant ab eodem presbitero pro suis, quod ipsi abbas et conventus dicebant se habere in decima parochiae de Gheluelt, oblationibus et pertinentibus altarium ejusdem loci, videlicet medietate tertiae garbae decimae, medietate oblationum quae fiunt in die beatae Marguaeretae (2) in missa, quarta parte oblationum quae offeruntur extra missam et per totas octavas, et similiter in dedicatione ecclesiae loci praedicti, et per totas octavas, nec non et uno fertone pro aliis fructibus qui proveniunt ad altare,

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *Condamnatio juris patronatùs*.

(2) L'autel de Gheleueth avait été dédié à sainte Marguerite. Il s'agit ici de la messe solennelle qui se célébrait le jour de la fête de cette glorieuse vierge et martyre, le 20 juillet. — Rouge livre, fol. 272, recto.

seu occasione ejusdem altaris, quod jus dicti abbas et conventus dicebant ipsum presbiterum ab eis tenere ad censam seu firmam pro quinquaginta solidis flandrensibus, tandem dictis partibus propter hoc coram nobis constitutis, idem presbiter jus dictorum abbatis et conventus recognoscens in praemissis, recognovit et confessus fuit se debere eisdem abbati et conventui quinquaginta solidos pro censu anni proximo praeteriti. Jus vero ipsorum abbatis et conventus, secundum quod est superius declaratum, recipit idem presbiter a saepe dictis abbate et conventu cum proventibus ejusdem juris in posterum singulis annis, quamdiu vixerit, idem presbiter habendum et percipiendum, pro quinquaginta solidis flandrensibus ipsis abbati et conventui a dicto presbitero singulis annis persolvendis. In cujus rei testimonium, et ut praemissa robur optineant firmitatis, nos praemissa confirmantes praesentes litteras sigillo nostro fecimus sigillari. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, sabbato post festum beate Mariae Magdalenae.

Rouge livre, fol. 273, recto.

N° 197.

(AN 1266.)

Michel Faschiaus donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés deux maisons et deux jardins, situés à Tournay, au lieu dit Canteraine, et un quartier de terre, à Chercq, à charge de célébrer son anniversaire. (1)

Universis presentes litteras inspecturis officialis Tornacensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Michael, dictus Faschiaus, maritus quondam Mariae, dictae le Vignon, coram nobis in jure constitutus, recognovit se contulisse et donasse, contulit et donavit in elemosinam, ob animae suae remedium, ecclesiae Sancti Nicholai de pratis juxta Tornacum, duas domos et gardinos cum omnibus suis pertinentiis quas habet idem Michael, sicut dixit, sitas et jacentes in parochia sanctae Katharinae Tornacensis, ad locum qui dicitur Canteraine, inter domum seu managium Matildis, dictae Limechon, ex parte una, et domum seu masuram Johannis, dicti Cassiel, ex altera; item circiter unum quartarium terrae arabilis jacentis in parochia Sancti Andreae, juxta Tornacum, in cultura supra Chierch, juxta vicum viridem, ad anniversarium ipsius M (ichaelis) post ejus obitum celebrandum, et omne jus eidem M (ichaeli) in dictis domibus, gardinis et terra arabili praedictis competens, seu ratione

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *De Michaele Fasciel.*

quacumque competentium, ecclesiae predictae contulit et concessit. Promittens fide et juramento quod contra praedictas recognitionem, collationem, donationem et concessionem, per se, vel per alium non veniet, nec venire procurabit in futurum. Quod si faceret, vel etiam procuraret, voluit quod nos ipsum ad desistendum et ad observationem omnium praedictarum per censuram ecclesiasticam compellamus, se quantum ad hoc nostrae juridictioni supponendo ubicumque enim in posterum contigerit commorari. Juravit etiam idem M(ichael) quod praedictas recognitionem, collationem, donationem et concessionem non fecerat in fraudem heredum suorum vel praejudicium suorum creditorum. Renuncians sub fide et juramento praedictis exceptioni doli, mali, metus, lesioni, deceptioni, cavillationi, omni exceptioni juris scripti et non scripti per quos effectus litteras presentes impediri valeat vel differi. In cujus rei memoriam et munimen presentibus litteris sigillum sedis Tornacensis ad petitionem ipsius M(ichaelis) duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, mense Decembri.

Rouge livre, fol. 194, verso.

N° 198.

(AN 1267).

Matthieu de la Bouverie et son épouse Jeanne vendent à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle de trente sols, monnaie de Tournay. Watiers de Glignies, seigneur de Ramegnies, approuve cette vente. (1)

Jou Watiers de Glignies, chevaliers, sires de Ramegnies, fac savoir a tous chiaus ki ces presentes letres veront et oront. Ke Mahius de le Bouverie et Jehenne, se feme, par men gret et par men octroi ont vendu bien et a loy al eglise de Saint Nicolai des pres, en coste Tournay, trente solz de Tournay de rente yretaule par an, et payer et livrer doivent li devant dit Mahius et Jehane, se feme, et lor successeur a lor coust et a lor aventure escoutenghies de tous fraiz ces trente solz de rente en l'abié Saint Nicolai devant dite, dedans les wit jours dou Noel. Et se li devant dite Eglise n'estoit payez chécun an, dele rente devant nomée devens les wit jours dou Noel venir, doivent des Segneur del abie ou envoier lor propre messager en la ville de Ramegnies, pour lor rente devant dite et je lor dois faire avoir come sires par loy. Et se je lor estois en defaute puis kil y seroint venut ou aroient euvoiez lor propre message, il poroient tenir al yretage sour lequel il sont assenet de le rente devant

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *De XXX sols à Ramegnies.*

dite et mettre main pour le rente devant dite. Et pour lor frais ausi jusque au dit des eskievins dou liu. Et de tout chou faire et tenir ensi come chi devant est dit, ont Mahius et Jehane, se feme, assenee l'eglise de Saint Nicholai des pres par men gret et par men assentement sor trois quartiers et demi de tiere ki fu a Gillion le Roy, et trois quartiers au Cor de Pariele, et quartier et demi au bos de Pariaus. Cest assenement devant dit ont fais Mahius et Jehene, se feme, bien et loiaument et par loy et par le jugement des eskievins dou liu, par tel condition ke si li tiere devant nómée revenoit en le main del eglise devant dite, tenir le droit as us et as coustumes ke li tiere doit, sauve me seigneurie. Et pour chou ke ce soit conneute cose ferme et estaule, si en aje Watiers de Glignies, chevaliers, ces lettres cyrografes donees sayelees de men propre sayel al eglise devant nomée, les queles li furent donees l'an del Incarnation mil deux cens et sissante siet, el mois de March.

Rouge livre, fol. 66, recto.

N° 199.

(AN 1267).

Charte des Échevins de Ramegnies concernant la vente précédente. (1)

Ce sacent cil ki sont et ki a venir seront et ki cet escrit veront et oront, ke Mahius de le Bouverie et Jehene, se feme, ont vendut et werpit en le main dou mayeur et des eskievins de Ramegnies trente solz de Tornay de rente yretaulement, a tousjours, al eglise Saint Nicolai des pres, dales Tournay, par le gret dou seigneur de Ramegnies, a livrer et payer a leur coust dedens les murs del abie de Saint Nicolai devant dite, dedens les wit jours dou Noel, escoutengies de tous frais, et s'il avenoit chose ke li rente devant dite ne fust paié au jour devant nomée envoier pueeut au liu, et au frais, et au coust des devant dis Mahius et Jehene, se feme, ou de leurs oirs ki cele tiere tenroient apries iaus. Et cil assenement de cele devant dite rente fu fais par lotroi et le gret du segneur devant dit sour trois quartiers et demy de tiere ki fu Gillion le Roy, et trois quartiers au Cor dele Pariele, et quartier et demy au bos des Pariaus. A toutes ces choses faire furent li maires et li eskievins de Ramegnies en qui poeste li tiere gist. Willaumes Tonniaus i fu come maires, et si furent come eskievins Gontiers Despres, Watiers del Atre, Estievenes dou Caistié, Teris li Roys, Jakemes Batunis, Mahius de le Bouverie. Tout cist i furent come eskievin et pour chou.

Rouge livre, fol. 67, recto.

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *Li transcris du cirographe des Eskievins de Ramegnies.*

N° 200.

(AN 1269.)

Les abbayes de Saint-Nicolas-des-Prés et de Saint-Amand contestaient certaines dîmes, près de Bouchegnies. Thomas de Maubray, Watier del Atre de Vezon, et Jean de Pelut sont choisis pour arbitres. L'abbé de Saint-Amand délègue Jean, son aumônier, pour accepter en son nom la décision des arbitres. (1)

A tous chiaus ki ces letres veront et oront, nous, Augustins, par le grasse de Diu, abbes de Saint Amand en Peule et li convent de cel meisme liu, salus et amor. Comme debas fust entre nous et no eglise, d'une part, et l'abbet et le convent del eglise Saint Nicholay des pres de Tournay, dautre part, d'un dimage ki gist entre Boucegnies et Wames, des propres tieres Saint Nicholay devant dit, nous, par le consel de boines gens, somes mis en arbitres, cest a scavoir en Thumas, fil Helinc de Maubray, ke nous avons esliuc pour no partie, et en Watier del Atre de Vezon, esliuc del partie del eglise Saint Nicholay devant dite, et en Jehan de Pelut, tiere arbitre esluit des deux arbitres devant dis, par le commun assens des deux eglises devant dites, en tel maniere ke chou ke li arbitre devant nomez diront et ordeneront de la dime deseure dite, de haut et de bas nous le tenrons ferme

---

(1) Ce document a pour titre dans le Rouge livre : *De Abbate Sancti Amandi de decima de Boucegnies.*

et estaule sour le paine de cent mars d'argent, de quoy nous seriemes tenus de rendre a leglise Saint Nicholay devant dite si nous issiemes del dit. Et pour ce dit a oir et a raporter a nous et a no eglise, avons nous mis en no liu dant Jehan, no aumonier, ki ces letres porte et larons ferme et estaule. En tiesmongnage de ces presentes letres sayellees de nos saiaux. Ce fu fait l'an del Incarnation Jesu Christ mil et deus cens sissante nuef, le vigile de Pentecouste.

Rouge livre, fol. 50, verso.

N° 201.

(AN 1270).

Agnès, veuve de Guillaume Rastiel, renonce à tous les droits qu'elle prétendait avoir sur une maison, située à Pont-à-Rieu, et que son mari avait reçue de l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. (1)

Universis presentes litteras inspecturis officialis Tornacensis salutem in Domino. Noveritis quod cum inter ecclesiam Sancti Nicholai de pratis, juxta Tornacum, ex parte una, et Agnetem, relictam quondam Willelmi, dicti Rastiel, ex altera, oriretur materia quaestionis super quadam domo sita apud Ries, quae fuit quondam Mariae, dictae Hurtevent, in qua quidem domo ipsa Agnes, eo pretextu quod dictus W (illemus), quondam ejus maritus, dum viveret, ipsam domum ab ipsa ecclesia receperat et intraverat, mediantibus decem solidis parisiensibus, annui redditus, ipsi ecclesiae ab eodem W (illelmo), quoad vitam ipsius W (illelmi), persolvendis, jus sibi credebat competere, vel habere asserebat, prout ipsa Agnes confessa est coram nobis. Demum eadem Agnes, in nostra propter hoc presentia constituta, saniore ducta consilio, sicut dixit, omni juri quod credebat vel dicebat se habere, vel sibi competere in domo predicta, ratione praehabita, vel quacumque alia renunciavit expresse et illud quittavit ad opus ecclesiae memoratae. Recognoscens

---

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *Litterae Agnetis Rastiel.*

nichilominus se in domo predicta a tempore decessus sui mariti predicti nichil juris habuisse, promittensque se, fide et sacramento corporaliter prestitis ab eadem, quod contra renunciationem et quitationem predictas, nec per se, nec per alium veniet, nec venire procurabit in futurum. Concedens si contra venerit, se ad desistendum a nobis per censuram ecclesiasticam posse compelli, Et quantum ad hoc, se nostrae juridictioni supposuit, ubicumque de cetero commoretur. In premissis expresse renuncians, sub fide et sacramento predictis, omnibus beneficiis, privilegiis et auxiliis, ac deceptionibus et exceptionibus universis. Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo, feria quinta post Dominicam qua cantatur Invocavit me.

Rouge livre, fol. 178, recto.

No 202.

(AN 1270).

Walthère, chapelain de Seclin, avait nommé l'abbé de Saint-Nicolas-des-Prés son exécuteur testamentaire. Les frères du défunt approuvent cette disposition.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino. Cum quondam dominus Walterus, dictus de Capella, in ecclesia Sicliniensi capellanus, dum laboraret in extremis, suum condens testamentum, viros religiosos abbatem et priorem Sancti Nicholai de pratis, juxta Tornacum, et dominum Johannem, presbiterum parochialem de Siclinio, sui testamenti executores elegisset, et omnia bona sua in manus eorumdem ad disponendum et ordinandum de eisdem secundum extremam voluntatem dicti defuncti, et prout saluti animae ipsius expedire viderent, posuisset, prout haec omnia, ex parte Michaelis de Wavrin, dicti Dulcis, Arnulphi et Roberti, ejus fratrum, qui se dicunt haeredes dicti defuncti nobis sunt intimata. Qui quidem haeredes testamento hujusmodi, ut asserunt, se duxerant opponendos. Demum haeredes praedicti in nostra propter hoc presentia personaliter constituti, testamentum praedictum, prout factum extitit a dicto defuncto, quantum in eis est, collaudantes et penitus approbantes, eidem testamento consenserunt expresse et omnibus bonis predicti defuncti immobilibus, mobilibus et catallis ubicumque consistentibus renunciantes, absolute eadem bona quitaverunt dictis executoribus, consentientes spontanei, quod in executionem debitam testamenti predicti

per eosdem executores penitus convertatur, et promiserunt haeredes praenominati, sub fide et sacramento corporaliter prestitis ab eisdem, quod contra quitationem, renuntiationem praedictas, nec per se, nec per alium venient, nec venire procurabunt in futurum, nec in bonis supradictis nostrae successionis,vel hereditario,seu alio quoquo modo quicquam vendicabunt sibi juris, nec etiam quicquam facient, seu procurabunt fieri, per quod saepe dictum testamentum aliquatenus impugnetur, volentes et concedentes si contra fecerint, vel venerint, quod nos, ipsos et quemlibet eorumdem ad desistendum per censuram ecclesiasticam possimus compellere, ac etiam compellamus, nostrae quantum ad hoc, se et sua juridictioni supponentes ubicumque de caetero commorentur, et renunciantes in premissis omni juri et facti ac defensionis auxilio, ac caeteris quae possent obici contra presens instrumentum aut factum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo, sabbato post festum Beatae Catharinae.

N° 203.

(AN 1270).

Marie et Sarra, sœurs des précédents, approuvent aussi la même disposition. (1)

Maria et Sarra, sorores et cohaeredes Michaelis, Arnulphi et Roberti, fratrum, de quibus fit mentio in litteris presentibus appensis, ut dicebant, propter hoc coram nobis in jure constitutae, illud idem collaudaverunt et approbaverunt quod fratres ipsarum predicti, et in hoc consenserunt. Promittentes, sub fide et juramento ab ipsis corporaliter prestitis, quod in bonis de quibus fit mentio in dictis litteris, jure hereditario, vel successionis, vel alio quoquo modo quicquam juris sibi non vendicabunt in futurum, nec etiam quicquam facient, seu fieri procurabunt per quod dictum testamentum aliquatenus impugnetur. Volentes et concedentes, si contra fecerint vel venerint, quod nos, ipsas sorores ad desistendum per censuram ecclesiasticam compellamus, quantum ad hoc, se nostrae juridictioni supponentes ubicumque commorentur. Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo, feria secunda post Laetare Jerusalem.

Rouge livre, fol. 198, verso.

---

(1) Titre de ces deux documents dans le Rouge livre : *De Renuntiatione heredum Domini Waltheri.*

N° 204.

(AN 1271).

Rentes dues pour les terres de Saint-Nicolas-des-Prés situées à Calonne.

Li Abie do Saint Nicholai doit six louisiens dele tiere dales le tilluel desous le voie. Et li doivent quatre louysiens dele tiere ki siet deseure le tilleul ke Willaumes ahane, et deux louysiens dele tiere ke Vincant tient a rente, et li doit trois louysiens dele tiere ki siet a Morisart. Et si doivent quatre louysiens dele tiere ki siet desou Beaucamp, ke Robiers li Cambiers tient a rente daus. Et si doivent un louysien d'ung quartier de tiere ke Gerons tient daus a Biaucamp. Et si doivent six louysiens de trois bonniers de tiere kil acaterent au segnieur de Calone. Et si doivent douze louysiens dele tiere ki gist en le voie de Hubierleu. Et si doivent un louysien delc tiere kil acaterent a dame Annies dele Roke. Et si doivent huict louysiens dele tiere ki gist par deca l'Espine le priestre, ki gist au les devers Bruyele. Et si doivent de Jehan Camp quatorze louysiens. Et si doivent un louysien de demy bonnier de tiere kil acaterent au segneur de Calone, ki gist sour le boce par deca le roke lc Moigne. Et si doivent quatorze louysiens de quatre bonniers de tiere ki gist a le roke lc Moigne. Et si doivent deux louysiens dele tiere ke Vincans tient daus à Hedebiaumont. Annies dele Roke deus louysiens dele tiere ki gist enviers Antoing. Et a ces cens ki ci sont nomees si sont obligies les parties, et la furent com eskievins dc Kalone, Jehan Fures, Morkedens, Vincans de Kalone, Willaumes Renars. L'an del Incarnation mil deus cens et soixantc et onze, el mois de Fçbvrier.

Rouge livre, fol. 236, recto.

N° 205.

(AN 1274.)

Marguerite, comtesse de Flandre et de Hainaut, et son fils Gui, comte de Flandre et de Namur, prennent sous leur protection l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés.

Nos, Margareta, comitissa Flandriae et Haynoniae, et ego, Guido, filius ejus, comes Flandriae et marchio Namurcensis, notum facimus universis quod nos litteras Illustris viri bonae memoriae Theoderici, quondam Flandriae comitis, sigillo suo sigillatas, vitio et suspicione carentes vidimus in hac forma. In nomine sancte et individue Trinitatis, Theodericus, Dei gratia, comes Flandrie, tam futuris quam presentibus christiane religionis cultoribus in perpetuum (1), et cetera. Item vidimus litteras viri illustris piae recordationis Theoderici, quondam Flandriae comitis, sigillo suo sigillatas, sanas et integras in haec verba. In nomine Sancte et Individue Trinitatis, Theodericus, Dei gratia, comes Flandrie, tam futuris quam presentibus christiane religionis cultoribus in perpetuum, et cetera (2). Item vidimus litteras felicis memoriae Balduini, quondam comitis Flandriae, carissimi patris comitissae predictae et avi mei, Guidonis, comitis et marchionis predicti, vitio et suspicione carentes, sigillo suo sigillatas in haec verba. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. Ego Bal-

(1) V. notre cartulaire, n° 11.
(2) Id. n° 27.

duinus, Dei gratia, Flandrie comes, tam futuris quam presentibus universis in perpetuum, et cetera (1). Item vidimus litteras viri nobilis bonae memoriae Fernandi, quondam Flandriae et Haynoniae comitis, mariti piae recordationis carissimae dominae et sororis nostrae, Joannae, quondam Flandriae et Haynoniae comitissae, sigillo suo sigillatas, sanas et integras in haec verba. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. Fernandus, Dei gratia, Flandrie comes et Hanionie, tam futuris quam presentibus in perpetuum, et cetera (2). Nos autem Margareta, comitissa, et ego Guido, filius ejus, comes et marchio, superius nominati, praefatorum antecessorum nostrorum, Flandriae comitum, sequi vestigia in suis piis actibus cupientes, ecclesiam memoratam Sancti Nicolai, omnia bona sua, prout superius sunt expressa, ac etiam alia quae eadem ecclesia pacifice, juste et legitime possidet in presenti, cum personis in ipsa ecclesia Domino famulantibus sub nostra protectione et defensione suscipimus, dictaque bona in nostra terra et potestate existentia, dictae ecclesiae, tanquam terrae domini, tenore presentium confirmamus. In quorum omnium testimonium et munimen prefatae ecclesiae Sancti Nicolai presentem cartam tradidimus sigillorum nostrorum munimine roboratam. Datum Duaci anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, mense octobri, in vigilia Simonis et Judae, apostolorum.

Rouge livre, fol. 30, verso.

---

(1) V. notre cartulaire, n° 60.
(2) Id. n° 82.

N° 206.

(AN 1274).

Jean, sire de Mortagne et châtelain de Tournay, remet aux religieux de Saint-Nicolas-des-Prés divers droits qu'ils devaient lui payer. Il leur fait en même temps plusieurs concessions. (1).

Jou Jehans, sires de Mortaigne, castelains de Tornay, fac savoir a tous chiaus ki ces lettres veront et oront, ke jou al abbet et au convent de Saint Nicholay des pres, dales Tornay, donne frankement et voel ki soient quite yretaulement a tous jors de mi et de mes successeurs, de tous winages, de kauchages, de pontenages et de tous tonnius ki mien sont en me castelerie, en me tiere et par tout la ou jou ai usé de prendre tele cose, en tel maniere kil puisse mener ou faire mener par aus ou par autrui, par tiere, ou par ewe, a leur volenté et toutes les fois kil leur plaira, leurs vins, leur bles, leur avaine, leur dras, leur lengue, et tous autres coses kil aront mestier a leur usage, por aus et por leur maisnies, sans paier a mi ou a autrui, ni de par mi winage, kauchaige, pontenage ou tonniu, en me tiere, en me segnourie et par tout ou jai teles coses. Et si voel et en chou me consench kil puissent tenir et prendre a tous jors toutes les rentes kil ont en me tiere et en me segnourie dou Bruisle quitement et frankement. Et se cil ki ces rentes doivent estoient en deffaute de payer, jou les ferai venir eus et payer à le re-

---

(1) Ce document est intitulé dans le Rouge livre : *Dou Castelain de Mortaigne, dou Winage et des Tonniue,*

queste del abbet et dou convent devant dis. Et por les coses devant dites li abbes et li convent devant nomez ont oitiet et donnet en nom descange por les coses devant dites, yretaulement a tous jors, a mi et a mes hoirs, tele rente kil avoient sour une maison kil tient a me Castiel ou Bruisle, et par segneur Jean Castaigne qui fu, et ont li abbes et li convent devant dis oitiet a mi et a me chiere feme Marie, le livre de capitle apries no decies, et faire autant pour nous keme por deus de leur canones apries no mort. A toutes ces coses ensi come eles sont deseure nomees et devisees oblige jou mi et mes hoirs, a tousjors, et tenir quitement et absoluement al abbet et au convent devant dit, et leur ai en convent a warandir toutes les choses devant dites, et les proumet sour men sairement a tenir fermement, et ke jou, ne mi hoirs ne venrons mie encontre, et a chou oblige jou mi et mes hoirs. Et s'il avenoit par akune aventure ke par mi, ou par mes hoirs fussent li abbes et li convens devant dis traveilliet et grevet encontre le teneur de ces lettres, jou ou mi hoir par lequels, ou par qui okison ce seroit, seriesmes tenut a rendre al abbet et convent de Saint-Nicholay cens mars desterlins pour le rente kil nous ont donné en escange, ensi ke me deseure est dit, et pour rente acater a pitance faire au convent le jor kon fera lanniversaire de mi et de me chiere femme devant dite. Et pour chou que ce soit ferme cose et estaule ai jou ces lettres saielees de me propre sayel. Ce fu fait l'an dellncarnation nostre Seigneur mil deux cens septante quatre, le demars apries le purification nostre Dame.

Rouge livre, fol. 124, recto.

N° 207.

(AN 1276).

Jean, sire de Mortagne et châtelain de Tournay, exempte de toute taille, corvée, exaction, les terres données par Guillaume de Clermont à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. (1).

Jou Jehans, sires de Mortagne et Castelains de Tournay, fac savoir a tous, ke Willaumes de Clermont, jadis capelains del eglise de Tornay, donna pour Diu et en aumosne al eglise Saint Nicholai des pretz, en coste Tornay, toute le tiere kil avoit acquis a Rogier Caudron, kil tenoit de monsegneur Sohier dou Marest, men homme, parmi vingt-sept louysiens de cens, et pour chou que je soie parchoniers de cele aumosne, a che don de me boine volente metje men assens, et loe et gree le don et quite al eglise Saint Nicholay, devant dite, toutes talles, toutes courrouees, tous rues, et toutes exactions, ke je, par le raison de cele tiere, poroie demander par quelconcque okison ke che fust. Et ai en convent a celi eglise a conduire, et sauver, et warandir l'ausmone devant dite. Apries chou toutes les tieres, tous les biens, toutes les droitures et tous les privileges, ke mes chieres peres Jernols, jadis sires de Mortaigne et Castelains de Tournay, et mi autres ancisseurs ont donnet, laissiet et oitiet al eglise Saint Nicholay deseure dite, Je, pour lame de mi, de me chiere feme, et de mes ancisseurs loe et gree

(1) V. notre cartulaire, n° 174.

et les conferme, et si les ai en convent en boine foit a tenir, a sauver et a warandir, et proumet ke je vient, ne venray encontre. El tiesmoignage de ces coses ai je donnet al dite eglise de Saint Nicolay ces presentes lettres saielees de men sayel. Lan del Incarnation nostre Segneur mil deux cens sissante et seze, le mardi apries le jour nostre Dame emmi Auoust.

Rouge livre, fol. 123, recto.

N° 208.

(AN 1276).

Échange fait entre les religieux de Saint-Nicolas-des-Prés et les frères de l'hôpital de Notre-Dame de terres et de rentes, sur Vezon et sur Wasmes. (1)

Universis presentes litteras inspecturis, E (gidius), Dei permissione abbas monasterii Sancti Nicholai de pratis, juxta Tornacum, et conventus ejusdem loci, Magister et fratres domus hospitalis pauperum Sanctae Mariae Tornacensis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum nos abbas et conventus habemus annuum redditum, scilicet duas raserias avenae et duos capones assignatos supra terram ipsius hospitalis, sitam in parochia de Vezon, ad locum qui dicitur au Tilleuil, continentem circiter dimidium bonarii terrae, et in dicto annuo redditu, dicto monasterio esset, ut dictum est, praedictum hospitale obligatum. Nosque, Magister et fratres, habemus in parochia de Wames, ad locum qui dicitur Minion val, quandam terram continentem circiter dimidium bonarium terrae, sitam prope terras praedicti monasterii, nobis in annuo redditu duarum raserium avenae et duorum caponum obligati. Habito de permutatione dictae terrae de Wames et redditus dictae terrae de Vezon inter

(1) Titre de ce document dans le Rouge livre : *Excambium de Veson a Wames.*

nos, abbatem et conventum, et nos, magistrum et fratres praedictos, consilio, convenimus in hoc concorditer et nobis placuit, quod nos, abbas et conventus praedicti, praedictam terram, sitam in parochia de Wames, habemus liberam et immunem a prestatione annui redditus supra dicti. Et nos, magister et fratres, praedictam terram, sitam in parochia de Vezon, habemus et tenemus a prestatione annui redditus supra dicti etiam liberam et immunem. Et placito hujusmodi et conventione inter nos perhabitis, facta est inter nos terrae et redditus praedictorum permutatio, conditione hinc inde secuta. Ita videlicet quod nos, abbas et conventus praedicti, redditum terrae praedictae, consistentis in parochia de Vezon, dictis magistro et fratribus, ex causa hujusmodi permutationis, quittavimus. Nosque, magister et fratres, dictis abbati et conventui terram praedictam, consistentem in parochia de Wamies, tradidimus causa permutationis praedictae. Facta est autem dicta permutatio in utilitatem monasterii et hospitalis praedictorum, et eam, nos, abbas et conventus, magister et fratres, promittimus bona fide firmiter et inviolabiliter observare. Et si forsan contingeret quod dicta permutatio retractaretur, revocaretur aut nulla denunciaretur nullo modo vel aliquo procurante, omnia jura utrique parti restituerentur, videlicet nobis, abbati et conventui praedictis, redditus terrae de Vezon praedictus, et nobis, magistro et fratribus, terra de Wamies praedicta. Renunciamus autem, quantum ad praemissa omnia, exceptioni doli, mali, vis, metus facti, omnibus litteris papalibus impetratis et etiam impetrandis, et specialiter his quae pro revocatione alienatorum ecclesiis et locis religiosis concedi consueverunt, videlicet ea quae de bonis, sive in majori forma, sive in minori, et omnibus aliis litteris, privilegiis, auxiliis et defensionibus pro quibus contra praemissa venire possemus vel ea aliquomodo impugnare. In quorum testimonium et munimen, nos

abbas et magister, sigilla nostra praesentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, mense februario.

Rouge livre, fol. 68, recto.

FIN DU TOME XII DES MÉMOIRES.

TABLE DES DOCUMENTS

CONTENUS DANS CE VOLUME.

Nicolas-des-Prés. Waltère d'Hollain avait cédé tous ses droits à Wasmes, et les religieux avaient donné six bonniers de terres arables, à Bruyelles . . . . p. 196.

N° 113. 1233. Le pape Grégoire IX confirme un accord conclu par les abbés de Saint-Amand et de Saint-Nicolas-des-Prés avec le châtelain Evrard Radoul, à l'intervention amicale de l'évêque de Beauvais, au sujet de l'exercice du droit de gîte. . . . . p. 198.

N° 114. 1234. Arrentement d'une maison située sur la place à Tournay, moyennant sept livres et demie parisis, payables annuellement à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés . . . p. 200.

N° 115. 1235. Charte de l'official de Tournay concernant une rente de dix sols, monnaie de Flandre, dont l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés devait jouir après la mort de Béatrix du Chastel. . . . . p. 202.

N° 116. 1235. L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés vend à Walter le Justicier, pour 36 livres parisis, une rente de 50 sols parisis, sur deux maisons situées rue Baudouin le Chantre, qu'elle avait acquise de Thomas le Clerc. Walter le Justicier donne à la dite abbaye de Saint-Nicolas vingt sols de cette rente à charge de célébrer son anniversaire . . . p. 203.

N° 117. 1235. Charte de Walter, dit le Justicier, concernant la donation d'une rente annuelle de 20 sols parisis, qu'il avait faite à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés . . . . . . p. 205.

N° 118. 1236. Rente annuelle de douze sols parisis sur une prairie située à Hollain et appartenant à Gilbert de Paris, chanoine de Tournay. . . . . p. 206.

N° 119. 1236. L'official de Tournay atteste qu'Étienne de Tournay, dit Stampe, chanoine de Leuze, a vendu à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente de deux sols et six deniers parisis, sur trois maisons situées près du Mont-Saint-Médard . . . . p. 207.

N° 120. 1237. Siger li Musis donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés trois demeures hors la porte de Saint-Médard . . . . p. 209.

N° 121. 1237. L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés achète au clerc Adam et à son épouse Jeanne un revenu de six rasières et demie de blé à percevoir sur des biens situés à Tourpes. p. 210.

N° 122. 1237. L'official de Tournay condamne Mathilde, veuve de Gilles de Bléharies, à payer à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente viagère de quinze sols, monnaie de Flandre, accordée par le dit Gilles à son fils Waltère, chanoine de Saint-Nicolas-des-Prés. p. 212.

N° 123. 1238. Watier, chevalier, sire du Quesnoy, déclare que la paix est faite entre lui et les religieux de Saint-Nicolas-des-Prés au sujet de la terre de Lambrechies. Il confirme la donation de cette terre faite par son aïeul aux dits religieux. . . . . p. 214.

N° 124. 1239. Charte de Hugues, seigneur d'Espinoy et d'Antoing, concernant la donation faite par Watier d'Estainkike à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. . . . . p. 216.

N° 125. 1239. Hugues, seigneur d'Espinoy et d'Antoing, donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés, pour trois deniers de cens, neuf quartiers de prairies, situés à Wiers. . . p. 218.

N° 126. 1239. Donation de terres, situées à Ère, faite par Matthieu, seigneur de ce lieu, aux religieux de Saint-Nicolas-des-Prés, à charge de célébrer son anniversaire. . . . . . . p. 219.

N° 127. 1239. L'official de Tournay déclare que Féranus Delporte a tenu l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés quitte d'une rente de deux sols, monnaie de Laon. Pour se libérer les religieux de Saint-Nicolas-des-Prés avaient payé vingt-cinq sols, monnaie de Flandre. . p. 221.

N° 128. 1240. L'official de Tournay déclare que Walter, chanoine de Saint-Donatien à Bruges, a donné à

l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle de vingt sols parisis. . . p. 223.

N° 129. 1240. Compromis entre l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés et celle de Saint-Martin. P. 225.

N° 130. 1240. Gilles de le Mandre donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés la dîme qu'il possédait à Inghondenghien. . . . . p. 229.

N° 131. 1240. L'official de Tournay atteste que Gilles de le Mandre a donné à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés la dîme d'Inghondenghien. p. 230.

N° 132. 1240. Walter, trésorier de Cambray, concède à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés, à perpétuité, moyennant certaines redevances, les biens qu'elle tenait de lui. . . p. 231.

N° 133. 1241. L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés reçoit de Hugues, sire d'Espinoy et d'Antoing, une rente en nature de cinq rasières d'avoine sur des terres situées à Wasmes, à charge de célébrer un obit pour le donateur et sa femme. . . . . p. 232.

N° 134. 1241. Hugues, seigneur d'Espinoy et d'Antoing, délègue son bailli Gosselin, à l'occasion de la vente d'un fief à Wasmes, faite par Jean Maton et sa femme à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. . . . . . . p. 233.

N° 135. 1241. Jean, curé de Saint-Piat, et Guillaume le Chantre, procurateurs des pauvres de Saint-Piat, et Terric Kains de Saint-Médard vendent à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une maison pour huit livres et dix sols, monnaie de Flandre. . . . . p. 234.

N° 136. 1241. Jean Aletack donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle de 20 sols, monnaie de Flandre, 17 sols, monnaie de Laon, et huit chapons. En outre, il fait don au même monastère d'une somme de onze livres, monnaie de Flandre. . . p. 236.

N° 137. 1241. Walter de Sauvage, bourgeois de Tournay, donne, à titre gratuit, à l'abbaye de Saint-

N° 173. 1253. L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés achète au seigneur de Calonne une terre, située à Hubert-lieu, et une autre à Jehans-camp. Arnould, seigneur de Mortagne et châtelain de Tournay, approuve cette vente. p. 296.

N° 174. 1253. Guillaume de Clermont, chapelain de Notre-Dame, à Tournay, donne à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés huit bonniers et demi de terres arables, situés à Jollain, moyennant une rente annuelle et viagère de seize livres parisis . . . . p. 298.

N° 175. 1254. Arnulphe le Blond reconnaît devant l'official de Tournay qu'il doit à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle de 20 sols tournois donnée par sa femme à la dite abbaye . . . . p. 301.

N° 176. 1256. L'abbesse de Flines délègue le convers Abraham pour la vente d'un revenu de 20 sols parisis, sur une maison située au Bruille. . . . . p. 302.

N° 177. 1256. Le monastère de Flines vend à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés une rente annuelle de vingt sols parisis, sur la maison de Nicolas de Bourgon. . . . . p. 303.

N° 178. 1256. Autre charte concernant la vente précédente. . . . . P. 304.

N° 179. 1256. Charte d'Arnould, seigneur de Mortagne et châtelain de Tournay, après qu'il eut changé la route de Bouvines et de Cysoing à Tournay, passant par la ferme de Castrecin. . . . . p. 306.

N° 180. 1258. L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés réclame devant l'official de Tournay le paiement d'une somme de 20 sols artésiens, due par Guillaume Roussiel sur une rente léguée à la dite abbaye par Michel, chanoine de Sens. . . . . p. 308.

N° 181. 1258. Guillaume Roussiel est condamné par l'official de Tournay à payer à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés la somme de 20 sols arté-

siens qu'elle réclamait sur la rente de Michel, chanoine de Sens. . . . . . . p. 310.

N° 182. 1259. L'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés achète à Jean Chaval une rente annuelle de dix sols artésiens, sur une maison située rue de Canteraine . . . . p. 311.

N° 183. 1259. Hela du Moulin, mère de Jean du Moulin, et Nicolette, épouse de ce dernier, remettent à l'église de Saint-Nicolas-des-Prés tous les droits qu'elles pourraient avoir, à raison de dot ou autrement, sur une terre, située à Hollaîn, et que cette église avait achetée audit Jean . . . . p. 313.

N° 184. 1260. Agnès, veuve de Lambert le Pottier, reconnaît devoir annuellement à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés deux sols, monnaie de Laon, et quatre chapons. . . . . . . p. 315.

N° 185. 1260. Le Pape Alexandre IV accorde à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés la permission de racheter, à certaines conditions, les dîmes qui appartiennent à des laïques. . . p. 317.


N° 186. 1260. Charte de l'official de Tournay concernant la donation faite à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés par Baudouin le Brasseur et son épouse Ava, de leur maison située dans la rue des Frères-Mineurs, à Tournay. p. 318.


N° 187. 1261. P., chantre de l'église de N.-D. à Arras, juge délégué par le Saint-Siége, ordonne au pasteur de Saint-Piat, à Tournay, d'avertir Jacques de Felines et Hela, veuve de Jean Crespin, de payer les rentes qu'ils doivent à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés. p. 320.

N° 188. 1261. Le Pasteur de Saint-Piat, à Tournay, informe le chantre de N.-D. à Arras, qu'il a exécuté son commandement à l'égard de Jacques de Felines et d'Hela, veuve de Jean Crespin. . . . . p. 322.

N° 189. 1261. Alard li Fieve reconnaît devoir à l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés vingt sols parisis de rente annuelle pour un bonnier de terre,

FIN DE LA TABLE DU TOME XII DES MÉMOIRES.




HW 29UA L



